# Digitalizacja 2009

Zrealizowano ze środków Ministra Kultury
i Dziedzictwa Narodowego

# RUDIMENTA HISTORICA.

## OPUSCULUM III.

Continuatio

Monarchiæ Romanæ.

# PARTITIO HUJUS OPUSCULI.

## PARS I.

*Romanorum Imperatores Chriſ-*
*ni à Conſtantino M. uſque ad co-*
*pſum aliquamdiu Occidentis Imperium.*

### CAPUT I.

*Imperatores Seculi IV.*

Conſtantinus M.
Conſtantinus II. Conſtans & Conſtantius.
Julianus Apoſtata.
Jovianus, ſive Jovinianus.
Valentinianus I. & valens.
Gratianus, & valentinianus II.
Theodoſius Magnus.
Arcadius & Honorius.

### CAPUT II.

*Imperatores Seculi V.*

Theodoſius II. Junior.
Valentinianus III.

## PARS II.

*Romanorum Imperatores Græc-*
*Oriente uſque ad Carolum M.*

### CAPUT I.

*Reliqui Imperatores Seculi V.*

Martianus.
Leo I.

Leo II.
Zeno.
Anaſtaſius.

## CAPUT II.

### *Imperatores Seculi VI.*

Juſtinus I.
Juſtinianus I.
Juſtinus II.
Tiberius Conſtantinus III.
Mauritius.

## CAPUT III.

### *Imperatores Seculi VII.*

Phocas.
Heraclius.
Conſtantinus IV.
Conſtans II.
Conſtantinus V. Pogonatus.
Juſtinianus II. Rhinotmetus.
Leontius.
Tiberius Abſimarus.

## CAPUT IV.

### *Imperatores Seculi VIII.*

Juſtinianus II. Secundò.
Philippicus.
Anaſtaſius II.
Theodoſius III.
Leo III. Iſauricus Iconoclaſta.
Conſtantinus VI. Copronymus.
Leo IV.
Conſtantinus VII. & Irene.
Irene Sola.

PARS

# PARS III.

## *Romanorum Imperatores Germa*

*Poſt inſtauratum Occidentis Imperium à C*
*rolo M. ad Rudolphum Habsburgicum.*

### CAPUT I.

*Imperatores Seculi IX.*

Carolus M.
Ludovicus Pius.
Lotharius.
Ludovicus II.
Carolus II. Calvus.
Ludovicus III. Ba
Carolus III. Craſ
Arnulphus.
Ludovicus IV.

### CAPUT II.

*Imperatores Seculi X.*

Conradus I.
Henricus I. Auceps.
Otho I. Magnus.
Otho II.
Otho III.

### CAPUT III.

*Imperatores Seculi XI.*

Henricus II. Sanctus.
Conradus II. Salicus.
Henricus III. Nig
Henricus IV.

### CAPUT IV.

*Imperatores Seculi XII.*

Henricus V.
Lotharius II.
Conradus III.
Fridericus Ænobar
ſive Barbaroſſa.
Henricus VI.
Philippus.

### CAPUT V.

*Imperatores Seculi XIII.*

Otho IV.
Fridericus II.
Conradus IV.
Interregnum.

# PARS IV.

## *Romanorum Imperatores Germani à Rudolpho Habsburgico ad noſtra uſque tempora.*


### CAPUT. I.

*Reliqui Imperatores Seculi XIII.*

| | |
|---|---|
| Rudolphus I, Habsburgicus. | Adolphus Naſsovius. |
| | Albertus I. Auſtriacus. |

### CAPUT II.

*Imperatores Seculi XIV.*

Henricus VII. Luxemburgicus.
Ludovicus V Bavarus, & Fridericus III. Auſtriac.
Carolus IV. Wenceslaus iners.

### CAPUT III,

*Imperatores Seculi XV.*

| | |
|---|---|
| Rupertus Palatinus. | Fridericus IV. |
| Sigiſmundus. | Maximilianus I. |
| Albertus II. Auſtriacus. | |

### CAPUT IV.

*Imperatores Seculi XVI.*

| | |
|---|---|
| Carolus V. | Maximilianus II. |
| Ferdinandus I. | Rudolphus II. |

### CAPUT V.

*Imperatores Seculi XVII.*

| | |
|---|---|
| Mathias. | Ferdinandus III. |
| Ferdinandus II, | Leopoldus M. |

### CAPUT VI.

*Imperatores Seculi XVIII*

| | |
|---|---|
| Joſephus. | Carolus VI. |


CON-

# CONTINUATIO
## MONARCHIÆ ROMAN
### AD NOSTRA USQUE TEMPORA

POſtquam Imperatores ethnicos, qui pri tribus à Chriſti ortu Seculis Imperii h nas moderabantur, opuſculô ſecundô mus complexi, Imperatores Chriſtianos à Conſtantino Magno ad Carolum VI. hodie glorioſiſſi imperantem, tertiô hôc opuſculô recenſebim quod in quatuor diſtribuimus partes. Prima co net Romanorũ Imperatores à Conſtantino M. que ad collapſum aliquatndiu Occidentis Imp um. Altera Romanorum Imperatores Græcos que ad inſtauratum à Carolo M. ejuſdem Occid tis Imperium. Tertia Romanorum Imperat Germanos, à Carolo Magno, uſque ad Rudolph I. Quarta Romanorum Imperatores Germ maximam partem Auſtriacos, à Rudolpho I. Carolum VI. Pium, Felicem, Auguſtum.

*Harum quatuor partium Epochas ſic habeto.*

Initium Imperii Conſtantini M.
Imperium Occidentis collapſum.
Idem inſtauratum à Carolo M.
Rudolphus I. Habsburgicus, Imperator renunciatus.

# PARS I.

## *Imperatores Romanorum à Conſtantino M. uſque ad collapſum Occidentis Imperium.*

Pars iſthæc Imperatores complectitur quindecim, qui Sæculô poſt Chriſtum natum quartô & quintô Imperii clavum tenuêre usque ad annum Chriſti quadringenteſimum quinquageſimum quintum 455.

## CAPUT I.

### *Imperatores Seculi IV.*

### Conſtantinus M.

Nobis inter Imperatores trigeſimus octavus.

*Quo duce, atque auſpice Conſtantinus ab idolorum cultu ad Chriſti Religionem eſt traductus?*

Duce, atque auſpice Deo; nam cùm è Gallia in Italiam contra Maxentium, Romæ crudeliter ac libidinosè debacchantem tenderet Conſtantinus,

ecce tibi ſub meridiem cum toto exercitu crucē ex lucidiſſimis formatā radiis vidit cum hiſce li-teris : ἐν τούτῳ νίκα, *in hoc vince*, ac inſequen- mox nocte Chriſtum aſpexit, diſertè monente crucis in aëre conſpectæ effigiem vexillo, qu *Labarum* exinde dictum præfigeret. Hôc ſig- fretus animatúsque Imperator, ſuperatis Alpi Maxentii primùm Duces ad Taurinum, Brixia & Veronam fundit, fugátque; tum Maxentio ipſum, ingenti cum exercitu occurrentem pro gat, qui dum per pontem ſolutilem, Tiberi im ſitum, fugam properè capeſſit, eodem, ob ni am inſiſtentium molem, & ſtipationem dirup gurgitibus hauſtus, dignas libidinis, & crudeli ſuæ pœnas luit. A. C. 312.

## 2. *Num, victô Maxentiô, debellatum erat Imperii hoſtibus?*

Unus ſupererat Licinius, Orientis Imp tor, homo præferoci ingenio, & litterarum, Reipubl. peſtem nominabat, oſor acerrimus. etſi Conſtantino, cujus ſororem Conſtantia xorem duxerat, affinitate junctus, Chriſti dirum in modum vexare cæpit. Sed Con tino affinitate potior Religio fuit. Itaque L nio, fruſtra commonito, ut ab impio cœpto ſteret, pium bellum intulit, atque iteratis cl bus attrito vitam tandem cum imperio ade A. C. 325.

3.

*Quô in Chriſtianos animô fuit Conſtantinus?*

Benigniſſimô. Nam 1. ampliſſimam omnibus poteſtatem fecit orthodoxæ Religionis amplectendæ (A. C. 312. 2. Everſis idolorum delubris, vero Deo templa ædificavit ipſe, & aliis ubique terrarum ædificanda conceſſit. 3. Pœnas contra Chriſti Martyres, & cælibes latas, quibus ab hereditate & ſucceſſione ſuorum arcebantur, penitùs abolevit, piásque, Chriſtianorum donationes & legata, uti & cælibatum, olim ab Auguſto prohibitum, ratum habuit. 4. Edictô ſanxit, nè quis facinoroſorum crucis deinceps ſupplicio mulctaretur. 5. Romæ à S. Silveſtro ſacris undis ablutus, ad conſtruedam ibidem Principi Apoſtolorum baſilicam duodecim terræ, quam ipſe effoderat, cophinos ſuiſmet humeris importavit. 6. Dei Eccleſiam ampliſſimis dotibus locupletavit, eximiiſque ornavit privilegiis.

*Quî in Concilio Nicæno ſuam Imperator ſuſtinuit perſonam?*

Trecenti decem & octo Epiſcopi juſſu & auctoritate Pontificia Nicææ Bithyniæ urbe convenerant, cùm de Paſchate celebrando, tum de impiis Arii, qui Chriſto Divinitatem abrogare auſus eſt, dogmatis cogdnituri, præſidentibus binis Romani Pontificis Legatis A. C. 325. Eum verò honorem Epiſcopis habuit Imperator religioſiſſimus, ut non niſi humiliore conſidens ſella,

 ſa-

ſacro illi Patrúm Senatui intereſſe animum in-
xerit, non conſultoris, aut arbitri, ſed defenſo-
duntaxat officiô ſapienter fortitérque perſ-
ctus: Aderant inter Patres illos egregii quid-
Chriſti pugiles, tot trophæis, quot acceptis p-
Chriſto vulneribus inclyti. Horum cicatrice-
ſculatus Cæſar, diſertè pronuntiavit, præcla-
nihil atque illuſtriùs ſibi videri iis vulnerib-
quæ quis pro Chriſto fortiter pugnans accepiſ-

*5. Quid de Helena Conſtantini matre memo- proditum eſt?*

Hæc monitu Divino Palæſtinam petiit,
Domini crucem, omni theſauro pretioſior-
humi defoſſam reperit, orbíque adorandam p-
poſuit. Inde Judæâ infandis Dæmonum ſim-
cris, faníſq; expugnatâ, duas diverſis locis b-
cas, Conſtantinus unã in ipſa urbe Hieroſolj-
tana magnificentiſſimam excitavit. A. C. 326.

*6. QuamConſtantinus urbem molitus eſt?*

Cùm providentiſſimumNumen Romam ve-
rem, orbis caput, & gentium Dominam ſuo
terris Vicario, & ſupremo Sacrorum Antiſtiti
dem propriam deſtinâſſet, res hoc diſpoſuit or-
ne, ut primus inter Chriſtianos Imperator n-
vam conderet Romam, Imperii deinceps ſe-
futuram, quæ priùs Byzantium, inde à Con-
re Conſtantinopolis eſt appellata.

7.

*Quæ arte, aſtúq; pio Conſtantinus aulæ quoq; ſuæ Proceres in novam hanc urbem pellexit?*

Cùm hi Perſica expeditione diſtenti, decem & ...menſes domô abeſſent, Imperator nova By...ntii palatia exſtruenda curavit, illis, quæ Ro...æ incoluerant, ſimillima; cúmque eorum & ...eros, & uxores, & ſupellectilia illuc tranſtuliſ...haud difficulter cunctis perſuaſit novi domi...ii amorem & veteris oblivionem. Nova por...hæc Roma Virgini Deiparæ, Auguſtiſſimæque ...litum Reginæ ſolemni ritu conſecrata, & de...ata eſt A. C. 330.

*Quando, & ubi Conſtantinus diem ſupremum obiit?*

Dum perſas rebelles frenaturus, maximis iti...ribus in Orientem contendit, gravi afflictus ...rbo, haud procul Nicomediâ, diviſo inter tres ...ios Conſtantinum, Conſtantium, & Conſtan...m Imperio terreſtri, ad cæleſte ipſe migravit, ...nô ætatis 76. Imperii 32. Chriſti 337. de ...cleſia optimè meritus, dogmatúmque Syno...Nicænæ ad mortem uſque retinentiſſimus, ...em ipſe S. Athanaſius Imperatoribus omnibus ...tandum proponit.

*Num Sol hic Sereniſſimus omni caruit macula?*

Duas præcipuè notàrunt Scriptores, nempe ...ód Conſtantinus Fauſtæ uxoris, quæ Priſcum

 pri-

privignum, & Arianorum, qui Athanaſium ſol
latum volebant fictis criminationibus inductus
lum necari juſſerit; hunc Treviros releg
Tantum nempe potuit apud Principem cæte
optimum ambitioſa mulier, & implacabile hæ
ticorum in catholicos odium.

## 39. Conſtantinus II 40. Conſtans. 41 Conſtantius.

*1. Diune tres inter hos Fratres concordia nuit?*

Haudquaquam; nam dum Conſtantinus n
maximus, tranſalpinis regionibus haud con
tus, Conſtantem, natu minimum, cui Italia
frica, Illyricum, & Græcia obtigit, armis lace
ret, ab ejuſdem ducibus per inſidias interem
eſt, non minore Arianorū gaudio, quàm Cath
rum, quos ſtrenuè ſemper defenderat luctu,
tertium nec dum annum imperando expleſſe

*2. Num melior & ſors, & mors Conſtanti venit?*

Hic quoque, tranſalpinis gentibus in di
nem ſuam redactis, Magnentii tandem tyr
perfidiâ à ſicario eſt trucidatus annô Imperii
cimô tertiô. Scriptores ethnici graviter in
peratorem hunc invehuntur; verùm alii P
cipem apprimè Catholicum, & Religionis co
Fratris Conſtantii & Arianorum inſectatio

propugnatorem ſtrenuum, S. Athanaſius etiam Martyrem appellat. Geminâ igitur illâ Conſtantini, fratríſque Conſtantis nece geminum Religionis orthodoxæ columen corruit, orbis denum totius imperiô ad unum Conſtantium, acerrimum hæreticorum defenſorem & patronum, devolutô. Ex quo arcana Dei judicia cognoſcere licet, ac venerari.

3. *Quem tandem exitum habuit Conſtantii fortuna?*

Magnentio tyranno, qui in imperii ſolium ſe intruſerat, bellum illaturus Conſtantius, Gallum patruelem Orientis Imperatorem creat. Verùm cum hic poteſtaſte ſua per vim & libidinem abutitur, ad ſe accitum, capite plecti jubet, cujus frater Julianus, Euſebiæ, uxoris Conſtantii, rogatu ſervatus, Athenas ſtudiorum causâ mittitur. Conſtantius porrò Conſtantiæ amitæ potiſſimũ inſtinctu hæreſis Arianæ, quæ peſtilentiſſimæ contagionis inſtar orbem propè univerſum infecerat, propugnatorem ſe profitetur acerrimum, ejuſque dilatandæ ſtudio omnia miſcet, Catholicos atrociſſimè vexat, Athanaſium & Hilarium Eccleſiæ, in Oriente illum, iſtum in Occidente, columnas firmiſſimas locô movet, Liberium Papam, Arianæ hæreſis oppugnatorem, & Athanaſii fautorem, urbe pellit. Nec impunè tamen; quippe & à Perſis magnas accepit clades, & Julia-

num, quem ſeptimô abhinc annô Cæſaris Tr...
ipſe ornârat, militum factione Lutetiæ Pariſ...
Auguſtum proclamatum eſſe comperit, que...
cùm dolore pariter,& vindictâ ardens, debell...
tum iret, in itinere, ſubitô eóque mortiferô m...
bô correptus, interiit annô quartô & vigeſi...
quàm imperare inceperat. Chriſti 361.

## 42. Julianus Apoſtata.

*1. Unde huic tam infame cognomentum?*

A ſacrilego è Chriſti caſtris ad execrandas...
thnicorum ſuperſtitiones transfugio, quod pr...
meditatus, nunc tandē, adita Imperii poſſeſſio...
palàm executus eſt, dum ejuratis Chriſtianæ...
dei Sacramentis omnibus, Pontificem maxim...
antiquo ritu & ſacrificiis inaugurandum cura...

*2. Quô adversùs Chriſtano erat animô?*

Hos, utì Chriſtum ipſum per ludibrium G...
læos vocavit, eóque afflixit crudeliùs, quò c...
diùs, quippe quos illecebris potiùs, quàm cru...
tibus ad defectionem ſolicitaverat. Si quo...
Religionis perfectionem de medio ſuſtulit, ...
ſupplicii cauſas obtendebat, Martyrii lauream...
videns generoſis Chriſti athletis. Scientiarū...
minicula Chriſtianæ juventuti erepturus, Sch...
las claudi, libróſque flammis aboleri juſſit. ...
res Gregorium Nazianzenum impulit ad c...
dendos verſus. Homericis ſi non meliores, l...
gè profectò utiliores.

*3. Num Deus exitioſiſſimam hanc orbis peſtem diu graſſari eſt paſſus?*

Sesquiannum fermè à Conſtantii obitu non Imperatorem, ſed tyrannum egerat Julianus, cùm in expeditione Perſica jaculô, incerta manu miſſô, confoſſus, animam ſceleſtiſſimam Orco tradidit. A C. 363. Moriens exceptum volà cruorem in cælum, jeciſſe fertur, cum hac voce: *Vuiſti Galilæe.*

## 43. Jovianus, ſive Jovinianus.

1. *Quibus hic auſpiciis imperare cœpit?*

Longè optimis. Nec aliud in principe hoc leviſſimo deſiderabatur, quàm diuturnius regimen. Sublatô Julianô, militari mox ſuffragio Cæſar renuntiatus, Imperium antè ſuſcipere noluit, quàm milites univerſi Chriſtianos ſe fore profeſſi ſunt. Inde antiquius nîl habuit, quàm ut Religionem, anteceſſoris impietate labefectatam, pro viribus inſtauraret, abolitis penitùs ethnicæ ſuperſtitionis monumentis.

2. *Quis vitæ ejus exitus?*

Pace cum Sapore Perſarum Rege ex neceſſitate magis, quàm Imperii utilitate inita, cùm Conſtantinopolin redux, in cubiculo, calce recens illito, pernoctâſſet, gravi prunarum vapore exanimis ibidem eſt inventus, octavo Imperii menſe A. C. 364.

## 44. Valentinianus & 45. Valens.

1. *Qua ratione Valentinianus ad ſuprem Imperatoriæ dignitatis apicem eſt evectus!*

Succollante Dei hominúmque favore, qu eximia illi virtus peperit, & conſtans veri N minis cultus, ob quem â Juliano fortunis om bus exutus, Chriſto inter adverſa omnia fir ſimè adhæſit, dignus, qui vel abſens ad imp coronam evocaretur ſeptimo à Joviani obitu

2. *Qua porrò laude ad Imperii clavum ſu*

Cùm tot provinciis regendis par unus haud videretur, Fratrem ſuum Valentem, in perii ſocietatem adſcitum, Orienti præfecit verò in Occidentem, ingentibus bellorum tibus agitatum, conceſſit, juſtitiæ imprimis, orthodoxæ religionis vindex egregius, & te Barbarorum, quos iteratis cladibus domuit. rùm dum in Moravos, defectionem molien movet, eorundem Legatos ob rebellionem animi corporíſque contentione increpuit; ut ptâ arteriâ copioſo cum ſanguine vitam pro rit, Annô imperii 12. Chriſti 375. relictô i rii ac virtutum hærede Gratianô, quem ab ſeptennium ſummo ordinum conſenſu Aug dixerat. Illi nihilominus, adnitente potiſſim Cereale avunculo, Valentinianus, alter ex J na Filius, vix novem natus annos, collega eſt ditus.

*Qua porrò laude & commendatione Valens res Orientis adminiſtravit?*

Hic fratri omnino diſſimilis, fovere impensè rianos, alióſque Hæreticos, Catholicos acerbè igere, Epiſcopos, à Conſtantino expulſos, atq; Juliano reſtitutos, denuò relegare, Baſilio do-nâ, & ſanctitate toto orbe celebratiſſimo, e-um, Deo portentis & prodigiis impio cona-i intercedente, decernere, viros Eccleſiaſtici dinis octogenos, longè honeſtiſſimos de into-bili Arianorum faſtu, petulantia & ſævitia a-d Cæſarem conquerentes ac ſupplices, navi in dio mari expoſitos, comburere, Monachos viſſima tributi exactione, à qua exemptos eſſe uerant Conſtantinus, & Conſtantius, exagita-e, eosdémque à piis exercitationibus abſtractos itaribus addicere miniſteriis, ac reluctantes iuatiô mactare, quoad tandem à Gothis, quos fidem antea receptos Ariana infecerat peſte, iô laceſſitus, amiſſo exercitu, cum tugurio, ô ſagittâ ſaucius confugerat, juſtiſſimâ talio-s pœnâ vivus eſt combuſtus, Annô Tyrannidis Chriſti 378.

## 6. Gratianus, & 47. Valentinianus II. ſive Junior.

*Quibus virtutum radiis Imperator hic ſolium illuſtavit?*

Impe-

Imperiũ fortitudine & ſapientiâ, rem Chri-
nam pietatis, ac religionis ſtudiô plurimùm
vit. His præſidiis munitus, inſignem ab Alem
nis reprotavit victoriam, ampliùs triginta
millibus cæſis. Extincto Valente patruo im
le, Orientis quoque Imperium adeptus,
Theodoſio, eximio belli Duci, gubernand
tradidit, qui victis, profligatíſque Hunnis, Ala
& Gothis, Imperio pacem, ſibi immortalem
minis gloriam peperit.

*2. Qua occaſione Princeps hic laudatiſſimus
matura morte eſt præreptus?*

Dum Maximum, qui in Britanniis tyranni
arripuerat, juſtis armis perſequitur, turpiter
ſertus à ſuis, Andragathii Ducis dolô perim
A.C. 383. Princeps meliore fato digniſſimus
peravit à Patris obitu annis octo.

*3. Num & Valentinianus præclaras Fratris
tutes eſt æmulatus?*

Quin potiùs Matris Arianæ, à qua virus p
ferum cum lacte hauſerat, inſtinctu, Catho
atque in primis Ambroſio extrema quæque
tabatur, dum tandem vindex Nemeſis Maxi
Tyrannum, evocavit in Italiam, quam unà
Matre Juſtina, tantæ cauſâ præcipuâ clami
relinquere cogitur, & in exilium, quod Am
ſio intentaverat, proficiſci Conſtantinopoli

ſum à Theodoſio petiturus. Cui Cæſar, *quid rum* inquit, *Valentiniane, quòd Maximum habeas verſantem tibi, cùm tu te Chriſto ipſi adverſari non ites?* Verùm iſto meliora omnia pollicente, ..odoſius ingenti cum exercitu in Italiam ad-..avit, pulsóque inde Maximó Valentinianum .. priſtinam dignitatem reſtituit?

*Num tandem ad frugẽ rediit Valentinianus?*

Matre mortua, Arianam perfidiam execratus, ..tum ſe permiſit Ambroſio, quem dum bapti-..atis ſuſcipiendi causâ Mediolano Viennam Gal-..accerſendum curat, Arbogaſtis ſupremi mili-..præfecti, quem exauctoraverat, fraude, in pa-..io ſuo ſtrangulatur, atque ut mortem ſibi ipſe ..ſciviſſe crederetur, laqueô ſuſpenditur, annô, ..m Auguſtus ptoclamari cœpit 16. Chriſti 393. ..ic Ambroſius ipſe copioſis lacrymis, & oratio-..funebri parentavit, quâ eximiam ejusdem pie-..em virtutésque cæteras poſteritati tradidit.

## 48. Theodoſius Magnus.

1. *Quanta Religione fuit Theodoſius?*

Tantâ, ut Eccleſiam, ejúsque Præpoſitos non ..dò ſummâ ſemper obſervantiâ coleret, ſed & ..tiſſimè defenderet, ſæpe dicere ſolitus, multò ..eis ſibi eſſe Chriſtiani, quàm Cæſaris nomen, ..ioríque ſibi honori ducere, quòd Filius ſit Ec-..æ, quàm ſupremus orbis Dominus.

2. *Qua*

*2. Quæ verò ratione hanc pietatem Deus remu-neratus eſt?*

Eugenium, & Arbogaſtem Tyrannos, imperium affectantes, ope Divina compreſſit, inter enim Ancipitis prælii æſtu ventus vehemens ortus, pulverea, ſubitò nube hoſtes involvit, illa in eorundem ora retorſit ademptáque videndi ac reſpirandi facultate in turpem fugam conjecit.

*3. Quæ Theodoſio Imperatoriæ sobolis ritè edu-candæ, formandæque cura?*

Longè maxima. Hinc cùm Arcadium, & Honorium Filios Arſenio, moderatori pio, gnaro, prudenti in diſciplinam tradidiſſet, eos non Cæſares, ſed diſcipulos tractari, quin & verberibus, ſi quid deliquiſſent, caſtigari juſſit. Cùm fortè muſeum ingreſſus, Magiſtrum ſtantem, illos ſedentes conſpexiſſet, indignè id ferens Imperator, Arſenium ſedentem docere, Cæſares ſtantes auſcultare voluit.

*4. Quodnam tanti Principis vitium?*

Ira quandoque nimiùm præceps, quâ abreptus gravem Theſſalonicenſium cædem aliquando edidit, eâ tantùm causâ, quòd nonnulli motu urbem turbâſſent: ſeptem enim civium millia Cæſaris furori immolata ceciderunt. Factum profectò crudele, ſed quod inſignis pœnitentia correxit: nam à S. Ambroſio Mediolanenſium A-

ite ingreſſu templi prohibitus, publicam ali- menſium pœnitentiam ſeriô humilíque ani- egit, pulcherrimô ſanè ad omnes exemplô. dem in ejusdem Præſulis manibus Annô Imp C. 395. vitam pientiſſimè clauſit, inter Ma- Imperatores ob factorum præſtantiam jure erandus.

## 49. Arcadius. 50. Honorius.

*Quænam inter filios Theodoſii facta Imperii diviſio?*

Oriens Arcadio, Occidens Honorio ceſſit, tan- que deinceps vim obtinuit hæc diviſio, ut quam ſæculis ſequentibus ad hanc uſque diem jungi potuerit utrumque Imperium.

2. *Quæ Arcadii ſors fuit in Oriente?*

Imperator felix, quamdiu religioſus, ſua felici- e poſtremùm excidit, ubi nimirum hortante doxia conjuge in exilium relegare non dubitâ- S. Joannem Chryſoſtomum Patriarcham, òd Imperatricis flagitia perſtrinxiſſet. Deceſ- Arcadius in ætatis flore, cùm imperâſſet annos uſque ad A. C. 408.

3. *Quæ Honorii facta in Occidente?*

Stiliconis, belli ducis quidem peritiſſimi, ſed fidi hominis artibus exciti ſunt Vandali, Go- , Suevi, Alani, & Burgundi, qui magnis moti- bus

busItaliam, totúmque Occidentem concuſſe-
Inde factum, ut capta, & ſpoliata ſit Roma à Go-
this ſub Alarico, iterúmq; ſub Ataulpho, eorū
regibus. Tandem & Hiſpania genti Barbaræ c-
di debuit, ut Italiam deſererent. Moritur Imp-
rator religioſior, quàm felicior. A. C. 423,
perii 28.

# CAPUT II.

## *Imperatores Sæculi V.*

## 51. Theodoſius II ſive Junior.

## 52. Valentinianus III.

*1. Quæ virtutes Theodoſium II. commend-
runt?*

Pulcheriæ Sororis induſtriâ ſanctiſſimè ed-
tus, à teneris unguiculis pietatem tam ar-
cœpit ſtudio colere, ut nullam non diem ſuſ-
venter precibus Deo initiaret, piáque ſanct-
vangeliorum codicis, quem manu ſua deſcri-
rat, lectione condiret.

*2. Quam labem paſſa eſt hæc virtus?*

Pulcheriâ ſorore migrare ex aula juſsâ, ſ-
Eutychen hæreticum cœpit Imperator, qui
hac Eccleſiam fortiſſimè propugnârat. R-
cata ſubin Pulcheria, qua abſente omnis ex-
fortuna videbatur, cuncta reſtituit, ac The-
ſium paulò poſt obeuntem vidit, actâ ſeriò p-
tentiâ, An. Imperii 42. Chriſti 450.

*Quomodo ſedatus ingens terræ motus Conſtantinopoli Theodoſio imperante?*

Factum eſt, ut innocentem puerulum vehe-
ſturbo in auras ſublimem auferret. Audiit
ngelos canentes: *Sanctus Deus, ſanctus fortis,*
*us immortalis miſerere nobis;* juſſus hoc canti-
docere homines, quô terræ motum com-
erent.

*Quis interea ſub Valentiniano Imperii ſtatus in Occidente?*

Longè miſerrimus; nam miſerè diſcerptum
erium ſpectare ad interitum cœpit, ad quem
alentiniano magnis paſſibus properavit.

5. *Quæ Provinciæ ab Imperio divulſæ*

Africam occupârunt Vandali A. C. 427. Gal-
Franci, Duce Meroveo An. Chr. 448. Bri-
iam Angli gens Saxonum A. C. 446. Hos
nni adversùs Scotorum, Pictorúmq; incur-
es auxilio advocârunt, qui tulêre quidem ſup-
s, at fugatis hoſtibus ſibi vindicârunt pro-
am; unde iſta Angliæ nomen obtinuit.
idem ferè tempus A. C. 450. Attila Huño-
Rex omnia latè populatus. Pannoniam invo-
, quæ ab hiſce inquilinis Hungaria dicta eſt.
llum Dei ſeipſum nominabat Attila, quòd
bem caſtigandum electus eſſet.

*6. Qualis tot inter turbas Valentinianus?*

Redempta iniquiſſimis conditionibus pace luptatibus totum ſe dedit, quô vivendi genere timum ſibi, & Imperio exitium paravit. Ma patritii conjugem violârat. Quâ injuriâ il hementer commotus, ſecurum ſuì Valen num eò tandem adduxit, ut inviſus militibus tâ ab iisdem exueretur. A. C. 455. Imp. 30.

*7. Quinā poſtremi conatus emorientis Imp*

Intra viginti annos à Valentiniani obitu de Tyranni potiùs, quàm Imperatores ruenti narchiæ humeros ſupponere tentârunt. V altero alterum dejiciente convulſum magis perium ad interitum promoverunt.

*8. Quænam iſtorum nomina?*

1. Maximus. 2. Avitus. 3. Majoranus. 4. rus. 5. Anthemius. 6. Ricimerus. 7. Ol 8. Glycerius. 9. Julius Nepos. 10. Romulus mylius Auguſtulus.

*9. Qua tandem ratione extinctum penitus perium in Auguſtulo?*

Heruli ſub Rege Odoacro in Italiam del riè à ſuis intus afflictam occupant. Pulsô ſtulô, Italiæ regem ſe dicit Odoacer, novum regnum ſuper Imperii ruinas conſtituit. igitur ſub Auguſto Monarchia poſt annos 500. deſiit in Auguſtulo, non nisi poſt 30

orum intercapedinem à Carolo magno iterum ſtauranda.

## Obſervationes

## primam partem Hiſtoriæ de Imperatoribus Chriſtianis.

*Imperii facies à Conſtantino usque ad illius in Occidente interitum?*

Floruit Sæculô quartô ferè integrô, maximè onſtantino M. & Theodoſio M.: Facta ſub io, & Honorio diviſione, Imperii diviſum e eſt robur. Inclinari ergo cœpit Occi- ſub Honorio; ad finem properavit ſub Va- ano; expiravit ſub Auguſtulo.

*2. Quæ cauſa extincti Imperii?*

Honorii ætas minor, nec animus ſat firmus; um perfidia; auctæ Barbarorum vires, im- a Imperii exiſtimatio; provinciarum jactu- ad interitum diſpoſuêre, ac Valentiniani a evertêre.

*lne interea paſſum Orientis Imperium?*

idente collapſo, quaſi mutilus altero pede s minùs deinceps firmus ſtetit. Sub initia ſexti nata Saracenorum peſtis varias pro- s occupavit, ipſum tandem Imperium, Im- ſedem Conſtantinopolim invaſura.

 4. *Quan-*

*4. Quando contigit celebris illa migratio G- tium ?*

Sæculô quintô, quando Vandali in Afric Franci in Galliam, Gothi in Hiſpaniam, H in Pannoniam, Angli in Britanniam, Her mox Longobardi in Italiam commigrârunt, u prà memoratum eſt. Hinc nata Hiſpaniæ, liæ, Hungariæ, & Angliæ regna, quæ hodie florent.

*5. E quibus orbis partibus hæ gentes adve-*

I. Vandali è Provinciis Borealibus, ubi n Pomerania, & Marchionatus Brandeburgic Franci ex Germania. 3. Gothi ſecundùm nullos ex Suecia, ſecundùm alios ex Aſia. Hunni, gens torva, ex Regionibus ad flu Tanain, & mare glaciale ſitis. 5. Angli è nia. Heruli ex ora maris Baltici, & parte O tali Pomeraniæ &c.

*6. Quales populi fuêre Suevi, Alani, Burg- Longobardi, Scoti, & Picti?*

Suevi majorem partem antiquæ Germ Alani Sarmatiam, ſive Moſcoviam incol Burgundi ad Vandalos referebantur. L bardos alii ex Suecia & Norvvegia, e Saxo Magdeburgenſi ditione deducunt alii. Scoti cti è Scythia oriundi Britannos multùm târunt.

7. Q

*Quænam Eccleſiæ incrementa Sæculó quartô & quintô?*

Maxima ſanè, ubi depulſa perſecutionum ſæ- hyeme Imperatores Chriſtiani fovere Eccle- ſiæ cœperunt; mox enim ubique terrarum dif- Chriſti fides mirificè eſt propagata. Orien- Imperium dudum anteà ab Apoſtolis excultū, Conſtantino Eccleſiæ pars major fuit. In Oc- ente Burgundi, Galli, Scoti, Hiberni Sæculô tô: Bavari, Hiſpani, Angli &c, Sæculô ſextô Chriſtum acceſsêre.

*Quibuſnam adverſis agitata Eccleſia Sæculô quartô?*

Hæreſi præſertim Ariana, quæ nonnullos Im- ratorum, & Epiſcopos non paucos corripuerat. ...ut plurimùm Julianus Apoſtata, aliique Im- peratores Hæreſum Patroni.

*Quom profuerunt Eccleſiæ Barbarorum incurſiones?*

Mirabiliter diſponente DEO profuerunt pluri- mum, eò quòd Barbari Chriſtianis im̄ixti ad ſan- ...gis notitiam, æſtimationem ac deſiderium ...um fuerint perducti.

*Quid ſentiendum de Baptiſmo Conſtantini Magni?*

Sentimus nos cum Eccleſia, eundem Romæ à Sylveſtro Papa ſacro fonte ablutum, atque à

lepra mundatum eſſe. Contrarium ſenti
Scriptores Acatholici: hi enim Conſtantin
paulò ante mortem Nicomediæ ab Epiſcopo A
ano baptizatum eſſe contendunt, ſecutiEuſeb
Scriptorem Arianum, cujus dubiæ & ſcel
Authoritati mentem Eccleſiæ longiſſimè a
ferimus.

*11. An credibile eſt, Conſtantinum ea de in Baptiſmum diſtuliſſe, ut in Jordane fluvio lui poſſet?*

Non credimus de piiſſimo Imperatore
tionem tantam, fundamento parùm ſolid
xam; neque iis aſſentimur, qui volunt, ideo
tum à Conſtantino Baptiſmum, ut abſterſi
lò ante mortem vitæ maculis, cœlo ſe certiu
reret. Plus enim Eccleſiæ authoritati tribu
quàm hiſce parùm ſolidis rationum momen

*12. Quid ſentiendum de donatione Conſta Magni?*

Scriptores Eccleſiaſtici tenent, Conſtantin
Romæ baptizatum à S. Silveſtro Eccleſiæ
Romam unà cum Italiæ parte, ad Occid
ſita, donaviſſe; quam donationem ceu con
explodunt Acatholici omnes; fateri tame
bent, eaſdem ditiones à plurimis retro Sæ
lis Eccleſiam perpetuò poſſidere.

Pr

# PARS II.

## *peratores Romanorum Græci in Oriente uſque ad Carolum M.*

Tria Sæcula cum dimidio Pars iſta continet, ...irum ab Ann. C. 450. ad A. 800. numerátq; ...mporis tractus Imperatores univerſè 26.

## CAPUT I.

### *Reliqui Imperatores Sæculi V.*

### 53. Martianus.

***...a ratione devolutum ad eundem Imperium?***

...bsque hærede obiêrat Theodoſius junior; igi... Pulcheriæ ſorori ſuæ relinquendum Impe... cenſuit, à qua præclarè jam antè fuit admi...tum. Conſultura Imperii commodis Pul...ia, Martianum conjugem virginem virgo ...ciavit.

***...o Imperii & Eccleſiæ bonô coaluit hoc virginum conjugium?***

...imiò ſanè; utrique enim pacem, pacíſq; ...us prædulces peperit, quos Imperator pius, ...pacificus unà cum Auguſta conjuge ſexen...effluit, uſque ad A. C. 457.

 54. Leo

# 54. Leo I. Thrax. 55. Leo II. ſu... junior.

*Quid de hiſce Imperatoribus memorandum...*

Non aliud ferè, quàm Imperii in Occide... ruina, quæ ipſis in Oriente regnantibus eve... Imperavit Leo I. annos 17. Leo II. annó unô... que ad annum C, 475.

# 56. Zeno, 57. Anaſtaſius

*1. Quæ corporis, & animi ſpecies Zenon...*

Corpus illi deforme admodùm, & in eo... mus vitiorum ſordibus deformior. Baſiliſc... bus Imperio pulſus, paulò pòſt revocatur à po... lo, cui Baſiliſcus ob crudelitatem ſe fecerat e... ſum. Zenonem, more ſuo ebrium, Ariadne u... vivum ſepelire jubet, Annô Imp. 18. C, 491.

*2. Quid interim geſtum in Italia?*

Odoacrum ab everſa Monarchia primum I... liæ Regem Theodoricus Oſtrogothorum R... debellat, ſibíque Italiam vindicat.

*3. Quandonam Anaſtaſius Eccleſiam & Pon... fices affligere cœpit?*

Imperii quidem initia mira lenitate inſigni... populi oneribus imminutis: At hæreſi Euty... chiana paulò pòſt infectus, nec Eccleſiæ... Pontificibus pepercit.

4. Q...

*4. Quas idcirco pœnas dedit?*

Fertur in ſomno quendam vidiſſe virum horrenda ſpecie, minaci vultu, qui librum manu præferens, inde annos vitæ 14. delere ſe dixit ob ſceleratos Anaſtaſii mores. Fulmine exin tactus periit poſt annos Imp, 27. A. C. 518.

# CAPUT II.

## *Imperatores Sæculi VI.*

### 58. Juſtinus I. Thrax.

*Quibus gradibus ad Imperii apicem conſcendit?*

ubulcum egit juvenis: tum ſecutus militiam r omnes dignitatum gradus aſcendit. Tanem in ſolium evectus palàm fecit egregio virtum ſplendore, ſe Imperiô fuiſſe digniſſimum. imus hic fuit, qui Imperii coronam è Pontifis manibus accepit; nec immeritò; fuit enim cleſiæ ſtudioſiſſimus, Præfuit annis 9, uſque A. C. 528.

### 59. Juſtinianus.

*Qua potiſſimùm re hic Imperator æternum ſibi nomen peperit?*

Quòd Imperii leges ferè innumeras à viris doctiſſimis colligi, & in ordinem digeri juſſerit; unJurisprudentiæ initium dedit.

*2. Num & bellica fortitudine claruit?*

Beliſarii potiſſimùm operâ Gothos ex Italia, Vandalos ex Africa migrare coëgit, quorum Rex ultimus Gilimer, in triumpho ductus, illud Salomonis identidem ingeminabat: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas!*

*3. Quæ tandem Beliſarii ſors fuit?*

E dignitatum apice ob affectati Imperii non nullam ſuſpicionem dejectus, & oculis orbatus, ſtipem rogâſſe fertur his verbis: *Date obolum Beliſario, quem fortuna in altum evexit, invidia oculis orbavit.* Pœna hæc fuit, quòd S. Silverium Papam in exilium ejecerit, & Vigilio Pontificatum pretiô vendiderit.

*4. Qualia Juſtiniani in Eccleſiam merita?*

Præclara fuiſſent, ſi ſatis firma. Idolorum cultum, omnémque hæreſin ſeverè prohibuit; ſanctæ Sophiæ templum nobiliſſimum condidit, & donis magnificè auxit. Verùm conſtantia defuit virtutum coronæ; quippe hæreticos fovere cœpit, factus tandem & ipſe hæreticus. An demum reſipuerit, incertum eſt. Imperavit annos 38 ad A. C. 566.

## 60. Juſtinus II. junior.

*1. An Imperio ſatis conſuluit Juſtinianus, cùm nepotem Juſtinum Cæſarem dixit?*

Minimè; quamvis enim Juſtinus initiô Virtutem coluerit, brevì tamen vitiis totum ſe dedit.

2. Q

*Qua ratione Italia ad Longobardos tranſiit?*

Juſtini potiſſimùm & conjugis culpâ. Hæc Narſeti belli ducum nobiliſſimo, parùm addicta, Juſtinum eò permovit, ut illum Præfecturâ Italiæ exueret; namq; per contemptum ajebat Imperatrix, revocandum ex Italia Eunuchum, ut penſa traheret cum ancillis in gynæceo. Quô audito, reſpondit Narſes: telam ſe illi orſurum, quam ipſa, dum viveret, detexere ampliùs non poſſet; móxque Longobardos è Pannonia vocat in Italiam. qui novum inibi regnum condunt. Relicta eſt Imperatori modica pars Italiæ, quæ Exarchatus dicta eſt, quòd Præfecti, à Cæſare miſſi, Exarchæ appellarentur, qui Ravẽnæ ſedem poſthac fixêre. Poſt annos Imp. 10. mente motus obiit Juſtinus A. C. 675.

## 61. Tiberius Conſtantinus III.

*Quomodo hujus in egenos liberalitatem Deus remuneratus eſt?*

In palatio fortè deambulans lapidem vidit cruce ſignatum, quèm, nè pedibus calcaretur ſignum ſalutis noſtræ, mox amoveri juſſit; quô factô latentem ſub illo theſaurum eruit. Solium tenuit non niſi 6. annis ad A. C. 583.

## 62. Mauritius.

*Quanam re hic Imperator claruit?*

Fortiter acceptâ è manu DEI peccatorum pœnâ

pœnâ, quam, facta ſibi optione, in hac vita ſti-
re maluit. Caganus Avarum Rex prælio Ma-
ritium vicerat, ac duodecim militum millia i
captivitatem abduxerat; hos tamen omnes pe-
cuniâ minimè grandi offerebat redimendos. A
Mauritius aurum modicũ libertati ſuorum pr-
tulit, quos ea propter Caganus ad unum omnes
occidi juſſit. Vindictam inclamavit fuſus cruo-
eáque brevì ſecuta eſt. Phocam Cæſarem dix-
miles. Ille in oculis Mauritii, primùm liberos &
conjugem, denique Mauritium ipſum ſecuri per
cuti jubet, ad ſingulas ſuorum mortes illud p
ingeminantem: *Juſtus es Domine, & rectum j-
dicium tuum*! Imperavit ann. 19. ad A. C. 602.

# CAPUT III.

## *Imperatores Sæculi VII.*

## 63. Phocas.

*1. Cur Deus Tyrannum hunc præeſſe voluit?*

Id ipſum in oratione quærenti cuidam ſer
ſuo reſpondit Deus, hunc à ſe electum, quia d
teriorem non inveniſſet, ad plectenda Chriſti-
norum ſcelera.

*2. Quale factum illud unicum, quod laude mereatur?*

Arrogabat ſibi titulum Epiſcopi œcumen
ſeu univerſalis, Patriarcha Conſtantinopolitan

At vetuit Imperator, nè porrò uterentur Patriarchæ iſthac appellatione, quæ ſoli Romano Pontifici competeret. Occiſus eſt Phocas, poſtquam imperavit annos 8. uſque ad A. C. 610.

## 64. Heraclius.

1. *Quid memorabile huic circa ſanctam Chriſti Servatoris crucem evenit?*

Eandem Perſæ, capta Jeroſolymâ, ſecum abduxerant ſub initium Imperii Heraclii. Versâ poſtmodum belli aleâ, ſacrum lignum denuò recepit, ſuísque humeris ad priorem locum deferre ſtatuit. Igitur Imperatorio indutus habitu per urbis plateas ſanctum pignus magna celebritate bajulat. Verùm ſub ea urbis porta, quæ ad montem Calvariæ ducit, ſubſiſtere cogitur vi occulta retentus. Monuit urbis Epiſcopus Heraclium, videret, an ſplendida veſtis cum Servatoris humilitate ſatis conſentiret? Tum Heraclius, depoſito quamprimùm ornatu, veſte plebeja indutus, reliquum viæ facilè confecit. Cæterùm in hæreſin Monothelitarum lapſus Heraclius haud levem nomini ſuo maculam aſperſit.

*Quo tempore Mahomet, inſanus legislator, ſectam ſuam condidit?*

Heraclio imperanti circa annum C. 630. inſtantes ac celeres Saracenorum, qui Mahometi

adhæ-

adhæsêre, progreſſus fatalem animi ægrimoni
ac præproperam mortem pepererunt. Impera-
vit annos 30. ad A. C. 641.

## 65. Conſtantinus IV. 66 Conſtans II.

*1. Cur optimæ ſpei Princeps Conſtantinus citi-
ri fato ſublatus?*

Is Heraclii filius, charus omnibus, noverc
ſuæ artibus poſt 3. menſium Imperium vitâ quo
privatus eſt, quippe illa filium Heracleonam ſo-
lio admovere parabat. Crudele factum indig-
nati proceres, matrem cum filio præcisâ illi lin-
guâ, huic reſectis naribus, exiliô mulctavêre. A.
C. 642.

*2. Quæ Conſtantis encomia?*

Pietate parenti diſſimilis, impietate multu
avô ſuperior, crudelitatē hæreſi ſociavit, dum in-
tereà Saraceni inſulas Rhodum ac Cyprum oc-
cuparent, & coloſſi Rhodii fragmenta nonge-
tis camelis aveherent. Romæ ſubin, templis om-
ni pretioſa ſupellectile ſpoliatis. Syracuſas ven
ubi ab ancilla in balneo, impacta in caput ſitul
animam efflavit A. Imp: 26. Chr. 668.

## 67. Conſtantinus V. Pogonatus.

*1. Quid Eccleſiæ bono Conſtantinus effecit?*

Duo præſtitit. Concilium œcumenicum ſe-
tum Conſtantinopoli haberi petiit, ad convelle
dam Monothelitarum hæreſin; deinde Conve

...s pro electione Pontificum haberi ſolitos, & à ...iniani temporibus omiſſos denuò inſtaurari ...bat. Imperium tenuit años 17. ad A. C. 685.

*Quæ peſtis ſub hæc tempora Romæ ſæviit?*

Viſus fuit ſpecie informi diabolus compita ob...bulare Angelò comite, quo jubente quoties ...uſque domûs januam lanceâ percuſſiſſet, tot ...lapeſte extincti poſtridie efferebantur. Tan...m, cœlo admonente, S. Sebaſtiani honoribus ...ctum altare malo medicinam fecit.

## Juſtinianus Rhinotmetus 69 Leontius. 70. Tiberius Abſimarus.

*Quid ſingulare Juſtiniano Pogonati Filio evenit?*

Quòd Imperiô decem annis malè adminiſtra... & ſceleribus contaminatò, abſciſſis naribus ſo...it dejectus, ac denuo reſtitutus poſt duorum ...rum regnum intercalare.

2 *Quinam hi duo Cæſares?*

...ontius, quem poſt Imperium trieñale nasô ...at Tiberius Abſimarus; hic verò ſeptenni... ...perando exegit, quô evolutô Trebellii Bul...rum Regis auxiliô reverſus ad Imperium ...otmetus (naso carentem id nomen ſonat) ... adhuc ſeptem præfuit. Necatur in ſedi... Ann: Chr. 711.

CA-

# CAPUT IV.

## *Imperatores Seculi VIII.*

## 71. Philippicus, 72 Anaſtaſius. 73 Theodoſius III.

*1. Quæ Philippici ſors fuit?*

A ſeditioſis electus, ſed inviſus plebi, quòd er-rores Monothelitarum tueretur, oculis orba-tus poſt duos Imperii annos C. 712.

*2. Quid de Anaſtaſio ſingulare?*

Fuit is Imperator doctus æquè, ac pius, qui ſacrarum Imaginũ cultum fortiter aſſeruit. Im-perii annô tertiô milites illum, ab officialibus in-citati, in monaſterium detrudunt A. C. 715.

*3. Quæ Theodoſii fortuna?*

Imperium, quod acceperat invitus, Leoni I-ſponte ceſſit, vitam ſolitariam in cœnobio am-plexus; ubi majorem, quàm in Imperio felici-tatem reperiſſe ſe poſteà faſſus eſt. Illi præfuit an-nô unô ad A. C. 716.

## 74. Leo III. Iſauricus Iconomachus.

*1. Quô locô apud Scriptores habetur Leo iſ-tius?*

Propè nullô niſi peſſimo, quia ſacras imagi-nes è templis ac privatis ædibus abſtrahi, confrin-gi & cremari, eárumque Cultores diris modis ve-xari juſſit.

2. Q

2. *Quis huic ſeſe impietati oppoſuit?*
Gregorius II. â quo in Concilio Romano da-
nati Iconoclaſtæ, & aſſertus ſacrarū Imaginum
...s. Leo verò ab Eccleſiæ communione ſe-
...us, populi odium incurrit, præſertim in Ita-
...i vix quiſquam Cæſari hæretico parere am-
...s voluit; hinc exarrhatus propè ad finem
...ctus. Adversùs impium Leonem Papa iniit
... cum Carolo Martello, Caroli M. avo, qui
...am adminiſtrabat, fuítque is Eccleſiæ ac Pon-
...um defenſor eximius.

*Quæ inter hæc rerum vices in Hiſpania?*
...itiza, Rege impio Veneri litante ac pala-
...in lupanar mutante, adeſt Maurorum exer-
... ingens, à quo major Hiſpaniæ pars occupa-
Ægyptum quoque Saraceni in poteſtatem
...ere, poſtquam Juſtiniano II, imperante A-
..., quoq; ſuam fecerant. Sæviit Leo an̄is 24.
... C. 741, diris colicæ doloribus extinctus.

## §. Conſtantinus V. Copronymus.

1. *Quid mali adhuc infans præſagiit?*
...taribus undis tingendus, ſacrum Baptiſmi
... ſordibus infecit, unde & nomen Coprony-
...btinuit. Inde anſa vaticinandi fuit S. Ger-
...o Epiſcopo, Conſtantinum Eccleſiam peſſi-
...quinaturū, id quod eventus docuit. Nam q;
...um imaginum hoſtis acerrimus Conſtanti-


nus

nus innumeros earum cultores ſuſtulit; cœn-
vel evertit, vel incendit, aut militibus habit-
permiſit, ejectis Monachis; dicatas autem D-
Virgines ad ineunda connubia pertrahere co-
batur, oculos eis eruendos minitatus, nî mor-
gererent; at maluerunt illæ oculorum, quàm
ginitatis jacturam facere.

*2. Quas pœnas dedit tantorum ſcelerum?*

Adversùm Bulgaros movens, febri ar-
correptus, perpetuò vociferabatur: *Uror, meri-*
mortuus enimverò eſt morte impiorum, qui
nos 34. ſceleratè in imperio vixerat A, C. 77-

## 76. Leo IV. Porphyrogenitus.

*1. Num patre ſuo hic melior fuit?*

Haud procul à ſtipite pomum cecidit: qu-
ſacras Imagines, & earum cultores exempl-
tris paribus odiis inſectabatur Leo filius.

*2. Quô ſuppliciô mactatus interiit?*

Coronam auream è ſanctæ Sophiæ templo
ſacrilegus Leo abſtulit; quam ùt primum c-
ſuo impoſuit, ſubitis ardoribus eſt correptus,
inde ac ſi candentibus prunis caput illius tor-
tur, atque eô ſuppliciô etiam interiit A. Im-
C, 780.

## 77. Conſtantinus VII. 78. & Iren-

*1. Quis Imperii ſtatus ſub Conſtantino & Ir-*

Annum ætatis decimum agebat Conſtan-

reLeone mortuo. Ergo Irene illius mater, ina prudens & fortis, ſed ambitioſa, locò filii rium regendum ſuſcepit. Pacem Eccleſiæ tura, Concilium univerſale ſeptimum cele- à Pontifice petit, in quo damnati rurſus Ico- ſtæ & SS. Imaginum cultus ſtabilitus, Im- vit locò filii annos 10. ad A. C. 790.

*Quæ in regimine oborta mutatio, ubi Conſtantinus adolevit?*

atrem ab Imperio dimovere conatus qui- eſt, annos jam 20. natus, ſed Irene verberi- tiam excepto quietem imperavit; brevì ta- poſt urgente exercitu mater cedere Impe- filio coacta eſt. cui annis ſeptem ad Ann. C. ſolus ille peſſimè præfuit, paternæ impietatis es. Ea de cauſa Imperii Proceres Irenen ſup- s adeunt, & ut ſceptrum filio eriperet, hor- ur; quod quidem illa haudquaquam invita itur, excæcatô mox filiô, cui ea calamitas em acceleravit.

*Quamdiu à filii cæde ſola mater præfuit?*

nis adhuc quinque ad A.C. 803. Namque b ambitionem Græcis tandem inviſæ Nice- us Patritius ſubrogatur, à quo publicè orba- ptro in exilium ablegata eſt, Interea Occi- s Imperium Carolus M. denuò inſtauravit, rei ſumma neceſſitas erat; cùm Eccleſiam

non modò non tuerentur ampliùs, ſed impiè v
xarent Imperatores Orientis.

## Obſervationes

### Ad Partem ſecundam Hiſtoriæ de Impe toribus Chriſtianis Romano-Græcis.

*1. Auctúmne Imperium, an reſtrictum ſub Im peratoribus Romano-Græcis?*

Reſtrictum potiùs, à Saracenis præcipuè, q Arabiam, Africam, Ægyptum, Cyprum, aliaſq; regiones ab eo diſtraxère.

*2. Qua ratione Deus providit Eccleſiæ ſub Imperatoribus?*

Forti brachio eandē ſervavit, dum Imper res magnam partem aut hæretici, aut impii rùm illi proderant, nocebant plurimùm. H dedit Eccleſiæ Deus Paſtores pervigiles, ſan tate claros, quales fuêre inter plurimos S. G gorius Magnus, S. Leo, S. Hilarius, S. Feli Anaſtaſius, aliiq; ſum̃i Pontifices magnô num

*3. Verúmne illud, quòd Phocas per Diploma ſareum Papæ dignitatem Epiſcopi œcum contulerit?*

Ità quidem Scriptores Acatholici, ſed peſſ cùm nec Phocas, neque ullus Imperatorum c ferre dignitatem potuerit, quæ à ſolo Chri ejuſdem Vicarios promanavit. Igitur ſolùm

avit Phocas: Romano Pontifici, minimè ve- quipiam Patriarcharum jure competere appel- nem Epiſcopi univerſalis; quod ipſum ante em Phocæ declarationem probè fidelibus & dubitatione conſtabat, Ergo Phocas merè inſtar brachii ſæcularis, quô Eccleſia ali- do indiget.

*Verúmne, quòd Pontifex Diplomate illo à ca obtento, Mauritii cædem comprobârit?*

Calumnia eſt, & omni fundamento carens fa- ut odium conflarent Chriſti Vicario infen- Eccleſiæ hoſtes.

*An unquam Pontificum electiones opus ha- unt Imperatorum calculô, aut conceſſu, ut eſſent validæ?*

utiquam id fuit neceſſe. Illud verum eſt, amdiu per Vim Orientis Imperatores ſibi Jus iſſe Pontificum electiones ſua authoritate ttendi, aut confirmandi.

*úmne, quod ajunt Acatholici, Iconoclaſtas rũ Imaginum adorationem rejeciſſe &c?*

lunt intelligere malevoli, quid inter cul- & adorationem interſit. Hanc nunquam ſu- t Eccleſia, illum ſemper probavit. Quare adorationem, quæ nunquam extitit; ſed m vexârunt Iconoclaſtæ.

# PARS III.

## De Imperatoribus Chriſtiani Romano-Germanis in Occidente à Ca rolo M. uſque ad Rudolphum Habs-burgicum.

Quinque Sæçulis cum dimidio pars abſolvi numerátque Imperatores 27.

## CAPUT I.

### *Imperatores Sæculi IX.* è ſtirpe Caroli M.

### 79. Carolus Magnus.

*1. Quæ ratione inſtauratum Occidentis imp rium?*

Carolum Magnum Galliæ Regem, Pipini Br vis filium, Dei Providentia elegit, ut maxim Eccleſiæ bono Imperium Occidentis, ante ann 325. collapſum, reſtitueret. Præſidii nihil, r xationis autem plurimum ab Orientis Imper ribus capiebat Eccleſia, cujus ditiones infeſta Exarchæ, & Reges Longobardi opprimeba Igitur Leo III. Pontifex, Divino utique inſtinc Carolum, optimè de Eccleſia meritum, ipſa Chriſto naſcenti ſacra, in S. Petri templo coro

ratoriâ exornat, acclamante populo: *Caro-lo Auguſto, à Deo coronato, Magno & Pacifico Im-peratori Vita & Victoria*

*Quo Juramentô ſe obſtrinxit Carolus ſuſ-ceptô Imperiô?*

Conſtanter defendendi Eccleſiam, quod mu-inde à Conſtantino Magno Imperatorum proprium, à multis quidem fortiter adimple-, ab aliis neglectum.

*Quibus beneficiis Carolus Eccleſiam affece-rat, antequam dictus eſt Imperator?*

Deſiderius, Longobardorum in Italia Rex -mus, cùm Eccleſiæ ditiones, tum Eccleſiæ -t Adrianum miſerè vexebat. Monitus à -lo, reſipere noluit. Adeſt igitur, rogante -, cum exercitu Eccleſiæ defenſor Carolus, -minâ pugnâ victum Deſiderium Ticini ca-& regnô exuit.

4. *Quibus donis Eccleſiam auxit?*

-archatum, & Umbriam Eccleſiæ jam donâ--pinus; patris donationem firmavit Caro--jectâ Corſicâ, Sardiniâ, Siciliâ, Spoletô, -riâ, Beneventô &c, Regnum verò Italiæ -rvavit.

*-ale fuit bellum Saxonicum Caroli Magni?*

-te obtentum Imperium Saxones diuturnô -Eccleſiæ tandem, ſibique ſubjecit Carolus

Rex. Gens hæc bellicoſa, & Galliæ tributari[...] gum excutere parabat, Carolo alibi agente, [...] rum, iterùmq; ab officio diſcedentes 33. annoru[m] ſpatiô ſibi iterum & Eccleſiæ ſubjecit, dum ge[n]tem hanc cum Witikindo Duce ad Chriſtum [ad]duxit. Fundavit porrò in Saxonia undecim [am]pliſſimos Epiſcopatus, ut adeò Provinciam [fe]integram Eccleſiæ vindicârit.

### 6. *Quid factum Thaßilone Bavariæ Duce?*

Stimulante conjuge ſua, Deſiderii Longob[ar]dorum Regis filia, in Carolum M. arma ſump[ſit] Italiam ſibi vindicaturus; ſed omni ditione e[xu]tus in monaſterium detruditur.

### 7. *Quanta fuit Caroli pietas?*

Verè Imperatoria & magnifica. Princeps [...] cura ſemper fuit Eccleſiæ defenſio, & propug[na]tio. Divini honoris incrementa ſpectabat, c[...] idola ſubverti, proſcribi hæreſes, populos er[u]ri, & Paſtoribus idoneis inſtrui ſolicitè cura[bat]. Fundavit Epiſcopatus 11. Monaſteria tot, q[uot] literas habet Alphabetum: Divinis officiis q[uo]tidie aderat, quin & ſæpiſſime pueris cantor[i]bus in Eccleſia immiſtus, divinas cum ipſis laudes [ala]criter decantabat. Nunquam prælium com[mi]ſit cum hoſtibus, niſi ardenter invocatô pri[ùs in] Eccleſia cœleſti auxiliô: Sacerdotes quoq; co[nſti]tuit, qui, dum conſerebatur prælium, felicem [...]

tum à Deo exorarent · hinc utiq; tanta in bel- gerendis felicitas, quæ non niſi Cælo auſpice ficiebat.

*Quibus animi dotibus præfulſit hic Imperator ?*

Soliditatem in rebus omnibus ſpectabat Prin- magnanimus, itáque curabat maxima, ut, viderentur minima, non negligeret. Pleríſq; ntiis inſigniter fuit excultus, videlicet Muſi- Matheſi, Philoſophiâ, Aſtronomiâ, Poëticâ, tologiâ, Linguam Græcam, & Latinam ap- iè calluit; Germanicam tamen, quâ ùt plu- ium utebatur, præ cæteris adamavit, quam & gniter excoluit. Veſtitus, & menſa illi vul- is, quam lectione utili plerumque condiri vo- et.

*Quò literas promovendi ſtudiô arſit Carolus Magnus ?*

ud facto mirabili palàm fecit. Ad Scholas ſobat ſæpius tantus hic Princeps, ſuâ præſen- & adhortatione Juventutem ſtimulaturus ad udum. Fortè ſciſcitatus ex ludimagiſtro: am proficerent meliùs, nobiles, an plebeji? re- ſum accepit, plebejos diſcendi alacritate no- us longè anteire. Igitur & hos & illos in me- m ad ſe vocat Carolus, Plebejis ad dextram, ilibus ad ſiniſtram ſtare juſſis, His ignaviam

ſuam exprobravit, illis verò dilaudatis ſuos inpo-
ſterum favores, & ſuo tempore ad officia promo-
tiones ſpopondit, optimè gnarus: quantam Rei-
publicæ bene gerendæ pondus tribuat Juventu
probè erudita.

*10. Quô fatô functus hic Imperator?*

Ætatis annô 72. febri correptus, quam incal-
ſum depellere ſolitâ abſtinentiâ conatus eſt, obi
Aquiſgrani, omnibus morientium Sacramen
munitus annô Regni Francici 46. Imperii 14. C
814. Hæc illi familiaris fuit teſſera: *Chriſtus re-
gnat, Chriſtus vincit, Chriſtus imperat.*

## 80. Ludovicus Pius.

*1. Quænam Ludovico debita laus?*

Etſi fortitudinem Parentis, & magnitudine
aſſecutus non eſt; pietate tamen haud multò ſu
inferior, Pii propterea nomine inſignitus.

*2. Quid in illo carpendum?*

Lenitas nimia, cui aut firmitatem, aut ſever
tatem, cùm opus eſſet, admiſcere haud novera
hinc ab aliis contemptus, à filiis vehementer
tiam fuit afflictus.

*3. Quænam hujus vexationis cauſa?*

Inter filios Lotharium, Pipinum, & Ludo
cum provincias diviſerat Imperator; at Car
lô Calvô poſteà in lucem editô, mutata divi

ua quoque huic portio adjudicata. Ægrè ha-
res filios natu majores, quòd imminui aſſi-
as ſibi ditiones cernerent, atq; hinc exemplô
enus inauditô arma in Parentem expediunt.

*5. Quanam cataſtrophe clauſa Tragœdia?*

rentem prope Baſileam Imperió exuunt filii, allorum Procerum authoritate ſuffulti, ac entis habitu indutum in captivitatem de- unt, cùm illis ipſe non armatus, ſed pacificè tranſacturus occurriſſet. Evolutô unius an- patió facti pœnitentes Ludovicus, & Pipinus Parentem reſtituunt.

*Quá pœnâ filiorum ſcelus emendavit Imperator?*

nſueta lenitate culpam illis omnem ultrò dit.

*6. Quæ prima Ludovici cura?*

etas tum propria, tum aliena; hinc fundan- & exornandis Eccleſiis, abuſibus tollendis, ac populi moribus reformandis unicè dele- tur. Piiſſimam vitam ſimili fine clauſit, iſsô 40. dierum jejuniô, & ſuſceptis Sacra- tis, annô Imp: 26. C. 840.

## 81. Lotharius.

*Quam labem in Imperii aditu nomini ſuo aſperſit?*

Ditionis augendæ cupidine inductus cum fratribus

tribus bellô contendit,quod Galliam pæne tota
everſum ibat. Verùm gemino atroci prælio vi-
ctus, leges accepit, qui dare voluit: Solâ igit
Italiâ,& Auſtraſiæ parte, quam deîn à ſuo nomi
Lotharingiam dixit, illi relictâ, Carolus Calv
Galliam, Ludovicus Germaniam, Pipinus Aqui
taniam retinuit.

*2. Quô factô Imperii exitum memorabile*
*reddidit?*

Seu rerum caducarum, ſeu fortunæ tædiô in
cœnobium ſe abdidit Imperiô ſponte dimiſ
quod unà cum Italia in filium Ludovicum tra
tulit, Lotharingiâ Lothario, Carolo aſſign
Burgundiâ. Veſte Religioſa indutus in Mo
ſterio Prumienſi prope Treviros paulò pôſt
ternitatem adiit. A. Imp: 15. C. 855.

## 82. Ludovicus II.

*1. Quàm propè ad avi Caroli M. virtutes acceſ*
*ſit Ludovicus ſecundus?*

Ut nemo è Carolingis propiùs. Acceptâ R
mæ Imperii coronâ iſtud unicè curavit, ut Ec
ſiæ prodeſſet. Profuit enimverò, dum Sara
nos Italiam vaſtantes ad ſua redire compu
dum virtutibus Imperatore dignis ſolium i
ſtravit, Princeps optimus, Juſtus, Pacificus.

2 Q

*Quæ temporum iniquitas orbem afflixit imperante Ludovico ?*

Fames atrox, & peſtis adeò dira ſæviit, ut ter- a hominum partem fuiſſe abſumptam, teſten- Scriptores. Obiit Ludovicus Mediolani annos Imperii 20, Chr. 875. Cúmque hæ- careret, extincta cum ipſo eſt ſtirps Carolin- um Italica, tranſiítq; Imperium ad Gallicam.

## 83. Carolus Calvus.

*Quibus artibus ad Imperium eſt eluctatus ?*

Ludovico Germanico, fratri natu majori, ſce- m dedebatur, At verò Carolus, ereptâ jam us Lothario Lotharingiâ, imperium quoque m Italiæ Regno Ludovico fratri præripere nîl tavit. Igitur Joanne VIII. Papa in ſuas par- pertracto, Romæ Imperator ſolenniter inau- ratur.

*Cur Pontifex Carolum potiùs quàm Ludovicum coronâ impertiit ?*

Ultro ſeſe obtulit Carolus ad ſuſcipiendũ è ma- Pontificis Imperium, neq; enim illud jure ſan- is adiri neceſſariò debere contendebat; ſed ectione Pontificis, ac populi Romani obtine- oſſe judicabat. Haud ægrè annuit Pontifex, cipuè cùm plus auxilii adversùmEccleſiæ ho- s à Carolo, quàm à Ludovico expectaret.

3. *Qua-*

3. *Qualem in imperio ſe præſtitit Carolus*

Quàm iniquus antè Rex, tam inſignis po-
fuit Imperator, meritóque deîn Eccleſiarum be-
neficus Pater, Defenſor Fidei, ac literatorum
mius fautor eſt habitus. Venenum illi pro ph-
maco, dum ægtotaret, archiater Judæus pr-
A. Imp. 2. Chr. 877.

## 84. Ludovicus Balbus.

*Cur ſolam Imperatoris dignitatem ſinè Re-
Italiæ, adiit Ludovicus?*

Mortuo Carolo parente, Ludovícus à Jo-
VIII. in Gallias profugo, diademate exorn-
eſt, poſtquàm Carolomannus Ludovici Ger-
nici filius Italiam ſibi vendicaverat. Annô Im-
rii altero Balbum, à lingua balbutiente ſic n-
cupatum, mors ſuſtulit A. C. 879.

## 85. Carolus Craſſus.

1. *Cur omiſſis Ludovici Balbi filiis Carolus I-
perator dictus?*

Quia opis indigus Papa adversùm Saraceno-
Ludovici filiis ob ætatem ſperare nihil pote-
Carolum Craſſum in Italiam invitat, ac Sarace-
robore militum ejectis, ad Imperii faſtigium -
tollit.

*Qua ratione Monarchia integra ad Carolum eſt devoluta?*

Deceſſerat ſinè libris Ludovicus Germanicus
ior; ſucceſſit igitur in Regno Germaniæ Ca-
. Ludovicô autem Ignavô & Carolo ſim-
e filiis Ludovici Balbi ineptis ad regendum,
lliæ Proceres iſtud quoq; Regnum Carolo de-
unt. Sic mutatione ſubita & mirabili Monar-
a integra, ùt eandem Carolus M. poſſederat,
rolo Craſſo paruit.

*Quænam alia multò magis ſtupenda mutatio paulò pòſt evenit?*

Carolus Craſſus tot Regnorum potens Mo-
cha ſubitò ad incitas redactum ſe vidit, cùm
liæ, ac Germaniæ Status unanimi conſenſu e-
em Regnis omnibus, & Imperiô exuerunt.
erant casûs graviſſimi cauſæ: prima, quòd
Normannis pacē probroſam Carolus iniiſſet,
a iiſdem Neuſtria Galliæ Provincia, quam
o nomine Normanniam dixêre. 2, Quòd fal-
accuſationibus inductus, Richardem conju-
iniquè repudiâſſet. 3. Quòd animô hebe-
, nihil deinceps profuturus Imperio, ſed
urus videretur.

*Quænam Caroli ademptô Imperiô fortuna?*

eploranda ſanè metamorphoſi eò redactus
ut nè unicus quidem illi famulus eſſet ſuper,
qui

qui offam pararet : fame igitur fuiſſet interiturus, niſi Luitbertus Moguntinenſis Archi-Epiſco[pus] miſerrimo Principi victum præbendum cura[ſſet]. Obiit paulò pòſt, annis 7. in Imperio tran[ſactis] A. C. 887. Sepultus in Monaſterio Augiæ [divi]tis. Non deſunt, qui aſſerunt, Carolum Neidi[ngæ] in Suevia à malevolis ſtrangulatum. Is pri[mus] in Diplomatis Chriſti naſcentis Epochâ uſus eſſe perhibetur.

## 86. Arnulphus.

1. *Quis Imperii ſtatus Carolô exauctorato?*

Omnino turbulentus: Arnulphum Germ[ani] Regem ſuum dixêre. Gallia ad Carolum S[im]plicem ultrò rediit: in Italia Guido Spo[letanus] Dux, Lambertus ejuſdem filius, & Berengari[us] Regum Longobardorũ prognatus ſanguine I[m]perium ſinguli adiêre, de quo ſibi impoſter[um] aſſerendo annis minimùm 50. hi Principes I[taliæ] decertârunt.

2. *Qua demum ratione Arnulphus Imper[ator] eſt renuntiatus?*

Annis octo ſolam Germaniam rexerat; cùm Italiam, ubi Lambertus magnas excitaverat t[ur]bas, ad eaſdem ſedandas evocatur à Form[oſo] Pontifice. Romam hoſtili munitam præſidio incaſſum obſidet Arnulphus, dum tandem e[ven]tu planè ridiculo urbẽ in ſuã redigit poteſta[tem].

3. E[...]

3. *Ecquiſnam Eventus ille?*

epuſculum, è dumeto fors excitatum, ac per castra diffugientem inſequitur militum ; quam dum inter clamores inconditos ad n accurrere vident ordines in exercitu po- i, & ipſi accurrunt, impetum in urbem fa- um rati. Clamore inſano, & hoſtium nu- exterriti, qui mœnia cuſtodiebant, aufu- ad unum omnes. Deſertas igitur ſtationes uros occupari à ſuis quàm primùm jubet Ar- hus, Duce Lepuſculo urbis victor celeberri- , in qua mox Imperator eſt renuntiatus, & à aureâ inſignitus.

*Quis paulò pòſt infelix caſus Arnulphum proſtravit?*

mbertum æmulum, in arce Camerinenſi u- m matre ſua latentem, obſidebat Imperator. fæmina hæc, cùm aperta vi non poſſet, tollere è medio ſtatuit. Quare corrupto niis Arnulphi pocillatori perſuadet, ut hero oculum venenatum præbeat; quô Impera- hauſtô, tres dies, noctéſq; pertinaci ſomno xit: everſa dein vi potûs hujus valetudine, nium varios inter morbos ad omnia inutilis it, conſumptus tandem Oettingæ Rhætiæ, ſe- ulque Ratisbonæ in S. Emmerami æde, Imp. 4 C. 899.

## 87 Ludovicus IV.

*1. Quis è ſtirpe Caroli M. ultimus Imperium tenuit?*

Ludovicus hic, Arnulphi filius, Infans à nullis dictus, quòd ſeptennis à Germaniæ Proceribus Imperator ſit renuntiatus.

*2. Cur ab Hungaris ſub Ludovico vaſtata Germania?*

Hunnos Arnulpus contra Bohemos obſequium detrectantes, auxilio advocârat. Illi ... quâ redirent, edocti, adfuêre ſub Ludovico jam ùt ſocii, ſed hoſtes. Conſertô ad Arn... gum, Bavariæ oppidum, triduanô præliô, ... clade Germanos affecerunt, ut paſſim ſuper ... ſorum cumulos, velut ſuper menſas, convi... tur victor Hungarus; quocum nonniſi aurô ... rimô, & annuo vectigali redimere pacem Lu... vicus potuit, mœrore idcirco, ùt ajunt, con... ctus. Imperavit annos 12. ad A. C. 912. ſep... tus pariter Ratisbonæ ad S. Emmerami ædem.

# CAPUT II.

## *Imperatores Sæculi X.*

## 88. Conradus I. Franco

*1. Quô is pactô ad Imperii faſtigium aſce...*

Othonem Saxoniæ Ducem ad Imperium ...

ſrant Germani. Verùm is recuſata ob ſeniũ
ate, Conradum Franconiæ Ducem, ceu
ẽm Imperiô digniſſimum, ſubrogari ſibi pe-
quamvis ipſemet filium haberet Henricum
pem tanto muneri parem.

2. *Quâ laude præfuit Conradus?*

quisgrani acceptâ à Moguntino coronâ, in-
prudentia & fortitudine jus ſuum contra æ-
os Arnulphum Malum, Bavariæ Ducem, &
icum Aucupem proſecutus eſt.

*Quemnam ſibi Imperatorem ſubrogari moriturus petiit?*

ſtem ſuum Henricum Aucupem, à quo
am cladem acceperat Merſeburgi in Saxo-
Nimirum privatis odiis præhabita Imperii
ſceptrum Henrico deſtinavit, quô dignio-
cebat neminem. Obiit poſt an Im.7.C.919.

## 89. Henricus Auceps.

1. *Unde nomen Aucupis obtinuit?*

ód ab Epiſcopis & Principibus Germaniæ
ator dictus, tantæ dignitatis inſignia acce-
ucupio intentus, quô mirificè delectabatur.

2. *Quid illi cum Hunnis negotii?*

ſô vectigalis annui à Ludovico IV. extorti,
illis ſcabioſum reddi juſſit: quô probrô vex
ter exacerbati, mox in Germaniã cum va-

 lido

lido exercitu irrumpunt; ſed ingenti ſuorum de ab Henrico depulſi, Germanorum vires ris, quàm antehac facere docti ſunt. Tantam ctoriam (50. enim Hunnorum millia hôc cæſa ſunt) Cælo auſpice Imperator tulit, ditô de blaſphemia & ſimonia tollenda votô pitium ſibi reddidit: quippe Angeli pro Hen pugnare ſunt viſi, dum intereà in ipſo præli locò militaris clamoris exercitus Kyrie ele tam conſtanter, quàm piè ingeminaret.

*3. Cur Germania majore urbium numero ri cœpta?*

Urbes rariores numerabant Germani, ùt plurimùm pecori & ruri colendo in pag tenti. Cruentæ Hunnorum incurſiones nibus viros claudere, ac munimenta Henricum docuerunt: namque obſervatum rat, Hunnos, omiſſis urbibus, quas expugna artem ignorabant, patentes ſolùm provincias feſtâſſe.

*4. Quinam ludi equeſtres, quos Henricus ſtituit?*

Ut Germana Nobilitas opportunè exerce tur, & ad bella ritè gerenda pararetur, haſtil inſtituit, ad quæ nonniſi avita & integræ Nobilitas certis legibus admittebatur.

n Magdeburgi celebratum haſtiludium 974. Nobiles convenère.

*Quo fine Imperii Marchiones inſtituit?*

Ut fines Imperii contra hoſtium invaſiones ...tur. Hinc Danis Marchionem Sleswicen- Brandeburgenſem Vandalis, Miſnenſem Bo- ...s, Auſtriacum Hungaris oppoſuit. Atque Marchiones, fortiter agendo, ditionibus aucti ...tentes tandem Principes excrevêre.

*Quodnam cimelion Henricus Imperii Inſignibus adjecit?*

Longini lanceam, quâ Chriſto apertum la-... Hanc quà precibus, quà minis à Rudolpho ...rum Rege extorſit. Eadem aſſervatur inter ...ra inſignia Norimbergæ. Cæterùm Henri- debet Germania, quòd artibus variis, belli ſtu- optimiſq; legibus aucta ſit, & exornata Hinc ...Patriæ, Princeps pius, Imperii & Eccleſiæ ...mentum jure optimo à grata poſteritate ...bitur. Rexit Imper. an. 17. ad A. C. *936.*

## 90. Otho Magnus.

*...Otho ſub Imperii exordium terror, dein amor mundi appellatus?*

Magno parente Henrico major adhuc filius O- ...ucibus bellis, & invicto robore, populos ab ...quio alienos adeò mox contrivit, ut mundi ...or ſit dictus. Ob clementiam dein, & hu-

 mani-

manitatem ſingularem, cæteráque virtutum
namenta Amor mundi eſt appellatus.

*2 Cur à binis ſuis fratribus impugnatus f*

Tancvverdus Imperium ſibi tanquam ma
natu deferendum ratus, bellum Othoni mo
quo vitam poſuit. Contrà Henricus frater
dem minor natu, ſed ab Henrico Aucupe,
Imperatore, genitus ſibi coronam deberi
mabat, quòd Otho, patre nondum imperante
ſet in lucem editus. Verùm nec iſte prof
quidquam. Variis enim cladibus affectus,
mittere ſe Othoni ſupplex debuit, à quo Ba
Ducatu eſt auctus.

*3. Cur à filio quoque armis laceſſitus Oth*

Ægrè tulit Ludolphus patrem Othonem
cundas nuptias tranſiiſſe, quòd ſuam ſibi po
nem imminutum iri crederet. Igitur ad a
vocat, Hunnis etiam in auxilium accitis.
hil proficere in Patrē potuit Natus impius,
fractis tandem viribus ab Othone veniam
plex petere eſt coactus; quæ quidem conceſſ
ſed nonniſi depoſito Sueviæ Ducatu, cui præ
Ludolphus, & in Eberhardum Helffenſtein
translato.

*4 Quæ Othonis contra Hunnos fuit fort*

Cùm omnem latè Germaniam igne ferr
vaſtarent, in campo Lycio haud procul Aug

im Barbarorum edidit ſtragem, ut è centum
um exercitu vix pauculis in Pannoniam re-
licuerit, acceptæ cladis nuncium allaturis.
s nobiliſſimâ victoriâ Imperator per om-
ermaniæ Eccleſias grates DEO referri pu-
juſſit. Prælio interfuit S. Udalricus Epiſcopus
ſtanus, illíque in medio pugnæ Crux, victo-
ſſera, de cœlo ſubmiſſa fuiſſe perhibetur.

*Quid rerum terna expeditione in Italia geſſit?*

Primâ Berengarium, Italiæ Regem domuit,
pplici feudi nomine Italiam conceſſit. Al-
undem Berengarium Pontificis rogatu,
varié vexabat, bellô petiit, regnóque exu-
Bambergam in exilium migrare juſſit. Papa
tyranni vexationibus liber, Othonem libe-
em coronâ impertit, ſpondétque, ſe illi per-
ò adhæſurum, eúmque pro legitimo Impe-
e, excluſis aliis, habiturum.

*Num diuturna fuit hæc Pontificis cum Othone conſenſio?*

nimè: geminos Cardinales, Pontifici re-
rios, Otho benignè ſuſceperat, cùm ad ſe
giſſent. Indignatus Papa Adalbertum Be-
rii filium, adversùs Othonem evocat. Hic
in furorem verſus Romam armata manu
editur, & Joanni XII. Pontifici Leonem VIII.

Pſeudo-Papam ſubrogat; quo incentore Imper-
toris in Joannem Pontificem indignatio tam d
ſopita non eſt, quamdiu Leo ſuperſtes fuit. E
extinctô, & peſte exercitum vaſtante, ad ſe re
Otho, hanc divinitus immiſſam interpretatu
malè habitum Chriſti Vicarium.

*7. Quænam tertia Othonis in Italiam expedi*

Verſus in agnum leo, Romam accurrit, Jo
XII. contra refractarios laturus ſuppetias. Se
rè punitis iis, qui è Romanorum numero q
tem turbârant, manſit poſthac ſanctæ ſedi a
ctiſſimus.

*8. Quænam alia Othonis præclara facinora*

Græcis & Saracenis ex Italia pulſis, hanc
gram Imperio reſtituit. Danos, Sorabos, He
tos, Bohemos fortiter debellatos, ad Eccle
Chriſtíq; fidem adduxit, compluréſque Epiſc
tus erexit. Quoties habitu imperatorio ind
batur, DEUM ardenter orabat, ut ſibi anim
humilem, & alienum à ſuperbia largiretur
Obiit poſt annum Imp. 37. Ann. C. 973. Dig
ſimus, cui iſtud Magdeburgi ſepulto poner
elogium ſepulchrale:

Tres luctûs cauſæ ſunt hoc ſub marmore clauſæ,
Rex, Decus Eccleſiæ, ſummus honor Patriæ.

## 91. Otho II.

1. *Quo tempore Imperii coronâ redimitus?*
Vivente etiamnum patre Othone M. annos ...us quindecim, Romæ eſt coronatus; minor ...ente filius, cujus felicitatem, & virtutes non ...inde eſt aſſecutus.

*Cur pallida mors Saracenorum eſt appellatus?*
Quòd hos, à quibus antea cæſus fuerat & cap...s, felici prælio ſuperatos, ad internecionem de...terit, ùt primùm ex eorum manibus mira dex...titate evaſerat.

*Cur poſtmodum dictus etiam Sanguinarius?*
Ob factum crudele, quod Romæ exercuit. E ...bilitate Romana quosdam occultè ſeditioſos ...prehenderat, quos è medio tollere mox conſti...it. Ergo Nobiles Romanos ad unum omnes ...ſô exceptos, inter delicias convivales ſubitò ...erret, dum valida militum manu in triclinium ...miſſa, ſeditioſos ab epulis ad capitis ſupplicium ...pi jubet, cæteris inſpectantibus, & horrore ...nis. Fruſtra hos, peractâ carnificinâ, Otho ad ...ritatem eſt cohortatus, cùm triſtium epula... finem univerſi avidè expectarent. Impera... annos 10. ad Ann. Chr. 983.

## 92. Otho III.

1. *Cur mirabilia mundi appellatus?*
Annô ætatis decimò patre orbatus, Willigiſo,

 & Gil-

& Gilberto Arverno viris doctiſſimis, quorum prior Archi-Epiſcopus Moguntinus, alter ſum[mus] Pontifex tandem factus, traditur inſtituendu[s], quorum ſub magiſterio tam ſtupendos in litteris progreſſus fecit, ut ob ampliſſimam in ætate ad-huc tenera eruditionem Mundi Miraculum ap-pellari ſit meritus.

*2. Quidnam de Willigiſo memoriæ prodit[um] eſt?*

Carpentarii filius is erat, humili loco natus, & Othone III. quem literarum, & morum præcep-tis imbuerat, Eccleſiæ Moguntinæ datus Antiſtes egregium demiſſi animi ſpecimen dedit, namque ut elationem fugeret, rotam in palatio, & concla-vi ſuo depingi curavit, hac adjecta epitaph[io]: *Willigiſe, memento, unde veneris!* Atque iſthæc cauſa fuit, cur Archi-Epiſcopi Moguntini rotam ſcuto ſuo gentilitio inſeruerint.

*3. Cur Mariam Arragoniam Conjugem ſuam vivam Otho flammis addixit?*

Quòd enormium ſcelerum convicta eſſet, præſertim, quia virum Nobilem, ad ſcelus à ſe fruſtra pellectum, falſis criminationibus ad ſup-plicium capitis promoverat. Ajunt, ex innocen-tis viri corpore lac ſanguinis locò promanâſſe.

*4. Quæ Othoni læva ſors in Italia obtigit?*

Quartò in Italiam venerat, ſeditioſos ad offi-

ſum compulſurus. Verùm ab iiſdem obſeſſus omæ in palatio præſens vitæ diſcrimen adiiſſet, clàm evadendi occaſionem nactus, rebellium ori ſubduxiſſet ſeſe: at nihilominus mortis bre- cutæ cauſam inde ſecum tulit; Viduam quip- nobilem propinqui matrimonii ſpe lactârat, ubi deluſam ſe vidit, chirothecas venenô im- tas, Othoni obtulit, quarum uſus mortem illi tulit. Ann. Imp. 18. Chr. 1002.

# CAPUT III.

## *Imperatores Sæculi XI.*

### 93 Henricus Sanctus.

1. *Quo Doctore à teneris ad ſanctitatem eſt eruditus?*

S. Wolffgango Ratisbonenſium Antiſtite, qui lo jam receptus, Henrico, tunc Bavariæ Duci, ſui quondam præceptoris ſepulchrum, oranti perium præſagiit geminâ voculâ: *Poſt Sex.* morte imminente commoneri ſe ratus Hen- us; diebus ſex, tum hebdomadis, menſibus, & is ad eandem piè obeundam egregiè ſe com- vit, quô evolutô temporis ſpatiò Imperator renunciatus.

2. *Cur dictus claudus?*

Qua die coronatus eſt Italiæ Rex, in urbe Ti- enſi Itali, Regi Teutonico infenſi, ſumptis ar- mis

mis ſub veſperum regiam cingunt, Henrico necem poſtulatô. Is verò diſcrimini ſe ſubducturus, per urbis mœnia deſiliit, luxatóque crure claudicare deinceps eſt coactus. Hinc Claudus atque ob virtutem eximiam Sanctus cognominatus eſt.

*3. Quid illi Romam ingreſſuro Benedictus VIII. obtulit?*

Globum aureum cruce inſignem, quô indicaretur, Imperatoris eſſe, orbem univerſum ad Crucis Chriſti obedientiam adducere. Hic porrò Globus ad cætera Imperii adjectus eſt inſignia, eúmq; Cæſares, dum Imperatorio habitu in coronatione induuntur, manu præferre ſolent. Coronam auream Henricus ſub idem tempus à Benedicto Romæ accepit.

*4. Cur Apoſtolus Hungariæ, Advocatus S. Petri, & Eccleſiæ Defenſor acerrimus eſt appellatus?*

Sororem ſuam Giſelam Stephano Hungariæ Regi eô pactô nuptui dedit, ut is cum regno ad Chriſti fidem accederet, quô feliciter obtento, datum Henrico Apoſtoli Hungariæ, glorioſum nomen. Cùm verò terna in Italiam expeditione ſuſcepta fortiter Eccleſiam tueretur, quam & aliis palmaribus beneficiis auxit, Advocatus S. Petri, & Eccleſiæ Defenſor cognominari eſt promeritus. Singularis erga DEI ſervos in Cœnobiis am-

mor etiam Patris Monachorum nomen illi pe-
rit.

5. *Quid Henrico ante prælia uſitatum?*

A peccatis expiari & ſacrô pabulô refici jubebat tes, ut Numen ſibi redderent propitium. I- SS. Laurentium, Georgium, & Hadrianum ſui citûs Duces elegerat, quorum ſub auſpiciis, q; præprimis auxiliô fretus ſemper felici Mar- cum hoſtibus conflixit.

*Quid cum Babone Abenſpergenſi Comite accidit memoriâ dignum?*

Aquisgranum ad Venationem invitârat Pro- res Henricus, ea tamen lege ut nonniſi cum u- famulo ſinguli comparerent, nè aliàs nimius à pioſo famulitio in urbe ſtrepitus oriretur. Ad- it Babo 64. virorum ſtipatus manipulô, quem i conſpexit Cæſar, nonnihil ſuccenſuit Comiti, od in datam legem peccâſſet; at Babo mini- è, inquit, Cæſar, mandatum tuum præterii. Fi- s meos vides triginta duos, quorum ſinguli gulos adducunt famulos, illos omnes tuis ob- iis mancipatum venio. Attonitus rei novi- e Cæſar Patrem cum Filiis perbenignè habuit, ſpecturúmque ſe omnibus recepit.

*Qui cum S. Cunegunde conjuge ſua vitam traduxit?*

Virgo cum Virgine caſtitatem illibatam ſem- er coluit. Hinc moriturus agnatis eandem his ver-

verbis reddidit: *Recipite, quam mihi tradidiſtis, Virginem veſtram!* Memorabile eſt, quod in ſuſpicionem ſceleris adducta quoųdam Imperatrix apud Henricum igne probari expetiêrit ad teſtandam innocentiam. Enimverò ſupra vomeres candentes nudis pedibus ambulâſſe dicitur illæſa, quô prodigiô abſterſa eſt ſuſpicio. Imperavit Henricus annos 23. ad Ann. C. 1024.

## 94. Conradus II. Salicus.

### *1. Qui ad Imperium promotus?*

Eum Henricus Sanctus paulò ante mortem Principibus commendârat, velut apprimè idoneum ſceptro cùm ob pietatem, tum ob inſignem belli peritiam. Duo tamen abiêre anni, priuſquàm conſentirent diſcordes Principum animi. Fuit Conradus Franconiæ Dux, plurium opinione dictus Salicus, quòd ad flumen Salam ditiones ſuas obtineret.

### *2. Qua ratione Burgundia, ſeu Arelatenſe Regnum Imperio adjectum?*

Burgundiæ Rex Rudolphus Teſtamentô illud legârat Henrico Sancto, quô mortuô, ſolutum iſponſione exiſtimabat. Verùm à Conrado armata manu cogitur, ſibi quoque legare Burgundiam, velut legitimo Henrici ſucceſſori. Accedit, quòd judicaret Conradus, regnum illud inter feuda Imperii numerandum. Archi-Epiſcopi C

Colonienſis mox ab Imperatore Cancellarius per Italatenſe Regnum eſt renunciatus, qua appella-tione hodiedum gaudent Electores Colonienſes.

3. *Quid beneficii Conradus in equitem contulit altero pede orbatum in bello Burgundico?*

Illi ocream ſuam pecuniis impleri juſſit, ut pe-dis jacturam ſarciret.

4. *Quare ultor fidei appellatus?*

Slavi barbari effigiem Chriſti ligneam turpi-ter mutilârant; hos ille ingenti numero ad ſe per-ductos coram ſacra illa imagine pariter mutilari primùm, deinde necari juſſit.

5. *Qualis erga Eccleſiam Conradus?*

Albericus Comes Tuſculanus Pontificiam di-gnitatem jure velut hæreditario aſſerere Familiæ ſuæ allaborabat. Jámque binos ex eadem Papas creârat Benedictum VIII. & Joannem XX. His ſubrogare parabat 12. añorum è Comitibus Tu-ſculanis Juvenem; cui impietati non oppoſuit ſe Conradus, ùt debuit, & potuit. Imperavit an-nis 14. ad A. C. 1039.

## 95. Henricus III. Niger.

1. *Quî potitus Imperio?*

Henricus à fuſco capillitio dictus Niger, patre Conrado in vivis adhuc agente, ab Archi-Epiſco-po Colonienſi admodùm adoleſcens coronâ Re-

giâ

giâ inſignitur, tum à parentis obitu Imperato
renunciatur.

*2. Quænam virtutes Henrici?*

Inſignis pietas, prudentia & clementia. I
præliis conſerendis plus orationi, quàm armis tri
buit. Petrum Hungariæ Regem à ſuis pulſum
reſtituit, contritis tandē ope Divina refractari
Ratisbonæ, confectô gloriosè hôc bellô excep
more triumphantis, illud Davidis ingeminabat
*Non nobis, Domine, non nobis; ſed nomini tuo*
*gloriam*; tum vulgari veſte indutus, omnia ej
urbis templa gratias DEO acturus obiit.

*3. Quid Ingelhemii in ſecundis nuptiis egit memorabile?*

Eò confluxerat ſpe lucri hiſtrionum & mimo
rum turba. Ad unum omnes abigi mandat He
ricus etiam impranſos, hac edita memorabili ſe
tentia: Longè præſtabilius eſſe numos paupe
bus, quàm nugatoribus elargiri.

*4. Quid à Scriptoribus carpitur in Henrico?*

Quòd in Pontificum electiones ſeſe plùs æ
ingeſſerit, læſa Eccleſiæ libertate. Quamvis
aliis id factum elevetur eo nomine, quòd non
ſi urgente Eccleſiæ neceſſitate id egerit. M
tem imminere ſibi haud obſcurè præſentiens,
ctorem II. Papam, virtutibus & prodigiis clar
Româ in Germaniam evocat, ut æternitatem
d

uro aſſiſteret; adſtitit is, piéque obiit Henri-
poſt annos Imp. 17. Chr. 1056.

## 96. Henricus. IV.

1. *Qualis Henricus etiamnum adoleſcens?*

ex annos natus, patre mortuo, ab Agnete Re-
iſſima matre, ac B. Annone Archi-Epiſcopo
onenſi ſanctè educari cœpit. Verùm non-
s Imperii ſtatibus optimi Præſulis. matriſq;
itutionem minùs probantibus Adalberto Bre-
ſium Archi Epiſcopo traditur informandus.

2. *Qualis Henricus Juvenis Imperatur?*

Adalberto cæcos impetus & cupiditates Hen-
, nè illius gratiâ excideret, diſſimulante ac fo-
nte, datus eſt Imperio Princeps haud ſanè im-
deratorum ſuorum affectuum dominus.

3. *Qua ratione Eccleſiam vexare cœpit?*

Eccleſiæ bonis abutebatur Henricus pro lubi-
. Ea quippe vel plus offerentibus vendidit;
ſtipendium inde militi numeravit. Paternis
xandri Papæ II. monitis morem haud geſſit,
deinceps reſipuit.

*Quænam alia controverſia illi fuit cum Pon-
tificibus?*

Graviſſima ſanè. Soliti erant hactenus Impe-
ores Epiſcopis, cùm clientelare obſequiũ ex-
erent, prædia beneficiaria per annulum & pe-

dum concedere. Jam dudum id Romanis Pon-
tificibus diſplicuit; quippe cùm annulus & pe-
ſigna ſint poteſtatis ſpiritualis, videbatur Cæ-
ſibi arrogare authoritatem derivandi in Epiſ-
pos facultatem, quâ ipſe minimè præditus e-
Quare Gregorius VII. quosdam Henrici C-
liarios, qui eum in Pontifices rurſus irritave-
anathemate percuſſit, Henrico interim diplo-
tis promulgationem prohibente, ac ſacerd-
quævis partim pretiô, partim privata authori-
conferente. Ea de re commonitus à Grego-
magis excanduit. Itaque aliquot Præſulum, Po-
tifici maximè adverſantium conciliabulô W-
matiæ coactô, Pontificatum Gregorio, viro
nè ſanctiſſimo, tanquam multorum ſcelerum
abjudicavit.

### 5. *Quid ad hæc Gregorius?*

Non potuit non damnare facinus tam en-
ac impium. Igitur in Concilio Romano He-
cum cum præcipuis Satanici illus conventi
ſynedris ſacro fulmine ferit. Cujus vim mox
ſit Guilielmus Trajectenſis Epiſcopus, Henri-
Pontifice inſectando particeps & adjutor pr-
puus; qui paulò pôſt exſpirans inter horren-
cruciatus, & ejulationes faſſus eſt, actum eſſ-
præſente æternáque ſalute ſua, quòd Ponti-
Sanctiſſimum tam injuriosè, contumelioſè
tractâſſet. Henricum porrò Pontifex regni
ſu-

er jure & titulô exuit, populósq; fidei ſolem-
ue ſacramenti religione abſolvit.

*Quô hæc animô accepêre Imperii Proceres?*

erique omnes Henrico apertè denunciant,
um ſibi eſſe Imperatorem alium ſubrogare,
intra anni curriculum communioni Eccle-
ſtituendum ſe curaret, & in gratiam rediret
Pontifice; qui ea de re certior factus comitiis
guſtæ Vindelicorum habendis coràm adfutu-
m ſe recepit.

7. *Quid interim Henricus?*

Veritus, nè ad finem annus vergeret, priusquàm
tifex, qui jam Româ diſceſſerat, ad Comitia
Germaniam appelleret, citatis equis venienti
rrere ſtatuit. Cúmque hunc Canuſium,
tiſſimam Longobardiæ arcem, divertiſſe
oviſſet, eodem ſe contulit, humili habitu,
ſque pedibus veniam petiturus. At Ponti-
non ex vano metuens, nè mente minùs ſeria
ret Henricus, tres ipſos dies alloquiô hunc
rohibuit. Poſtquàm tamen interpoſita ju-
randi religione pollicitus eſt, ſe in Pontificis
ani poteſtate futurum, atque in Auguſtanis
itiis objecta crimina diluturum, abſolutus eſt
nditione, ut, niſi promiſſis ſtetiſſet, Regni ju-
ciderct.

8. *Seriáne fuit Henrici pœnitentia?*

ut ſeria non fuit, ſed tantùm temporis gratiâ

 ſimu-

ſimulata, aut mox retractata; quippe reſci-
quas paulò antè jurejurando firmaverat, pa-
nibus, ſacrilegis rurſum armis laceſſit Pontifice-
qui ſacris ei denuò interdixit. Igitur Im-
Principes, tantam perfidiam execrari, exauc-
tô Henricô, Rudolphum Sueviæ Ducem ſu-
tuunt; qui tamen haud diu ſuperſtes fuit, ma-
paulóque poſt vitâ quoque cruento in prælio
miſsâ.

*9. Quid exinde conſilii cepit?*

Gregorium Pontificatu dejecturus, conv-
tô Brixinæ in Tyroli conciliabulô, Guibertu-
hominem ſceleſtiſſimum, in Petri ſedem intr-
Clementem III. dictum. Inter hæc Conra-
Henrici filius, in parentem, Deo & Eccleſiæ
bellem, arma ſumit, ſed nihil promovet, n-
brevì pòſt ſublatus.

*10. Quis tandem Henrici impietati modu-*
*ſtatuit?*

Alter ejuſdem filius Henricus, Procerum
ſtigatione bellum infert parenti, qui deſtitutus
omnibus, permittere ſe cogitur filio, ve-
menter inſtanti, Eccleſiæ tandem & Pontifici p-
nè cumulatéque ſatisfaceret. Tergiverſant-
ad Imperii Ordines, Moguntiæ congregatos
ducit, ubi Imperii inſignibus exutus, hæc
Henrico cedere compellitur, exemplo futu-
poſteris, non impunè vexari Eccleſiam, ab iis pr-

uè, quibus ejuſdem defenſio à Deo eſt deman-a. Obiit paulò pòſt annô Imperii 50. C. 1106.

# CAPUT IV.

## *Imperatores Sæculi XII.*

### 97. Henricus V.

*Majoréne in Ecceſiam Chriſtique Vicarium itate ac obſervantiâ fuit Henricus Filius, quàm ejus parens?*

Quo Patrem crimine condemnârat priùs, eo-ſe dein ipſe obſtrinxerat, ſacerdotia diſper-di ſacrósque Præſules pedô & annulô inaugu-di jure ſibi arrogato, pérq; vim extortô à Pa-le II. quem in vincula datum non antè dimi-quàm plenam ſacerdotia conferendi ſibi cede-poteſtatem.

2. *Num rata, firmáque manſit hæc ceſſio?*

Concilium Lateranenſe exinde celebratum, ir-m prorſus ac nullam declaravit Paſchalis ceſ-em, cùm quòd vi fuiſſet expreſſa; tum quòd a Eccleſiæ jura in Principem profanum trans-haudquaquam poſſint. Decreto huic pare-m nollet Henricus, à Gelaſio II. Paſchalis ſuc-te, piorum communione ejicitur. Quâ pœ-vehementiùs exaſperatus, Paſchali Gregori-VIII. Pſeudopapam oppoſuit.

*3. Quô tandem pactô pax firmata eſt?*

Poſtquàm Henricus jure illo, per vim nup extortô, de quo anteceſſores tantopere diſcep rant, ceſſit, bonáque omnia, Eccleſiæ ablata re tuenda curavit conceſſum à Pontifice, ut Epiſ porū & Abbatum electionibus ritè ac ſecun Canones factis Imperator (vel alius ejus no ne) intereſſe, electóſque non pedô & annu augurare, ſed ſceptro tamquam clientes Imp fiduciarios, in fidem & clientelam poſſit recip Ità ſedati tandem ſunt motus turbulentiſſimi bus Petri navicula annos ferme quadraginta rat agitata. Obiit Henricus annô Imp. 20. 1125. nullo relicto hærede maſculo.

## 98. Lotharius II. Saxo.

*1. Quis Henrico ſucceſſit?*

Hujus nepotibus ob avi patríſque flagitia pudiatis, ad Lotharium, Saxoniæ Ducem p te cæteríſq; virtutibus inſignem, verſa ſunt cipum Electorum ſtudia.

*2. Num Imperator hic Eccleſiæ Advocatu defenſorem pro muneris ſui ratione exhibuit?*

Omnino; nam rebus in Germania, concil re potiſſimùm S. Bernardo, compoſitis, Inno tium II. à Rogerio Siculo, Anacleti Pſeudo defenſore acerrimo, ſemel atque iterum ſed

m, reſtituit, Rogeriô cum Antipapa ſuo Petro nis ſive Anacleto terrâ maríque debellatô.

3. *Quibus præcipuè virtutibus claruit?*

Inter ipſos Armorum ſtrepitus, graviſſimáque tii negotia ternis quotidie Miſſæ ſacrificiis mo pietatis ſenſu, lacrimíſque, quibus oraes ſuas rigabat, interfuit, ſolem orientem præere ſolitus, Deóque conſecrans lucis primi-, quas alii ſomno tribuunt, die in noctem, præſtero ſanè ordine, converſo. Pauperes, quibus des cum Auguſta ſæpè abluerat, Filios ſuos; Sadotes, quorum conſuetudine impensè delebatur, Patres; viduas, quas contra oppreſſioſtrenuè tuebatur, Matres nuncupare converat.

*Num bonarum quoque artium, & diſciplinarum cultor fuit?*

Plurimum certè Juriſconſulti debent Imperahuic; quippe qui & Romæ primùm, & deinBononiæ Jus civile ad normam Codicis Juanei explanari publicè, indéque Doctores ſoritu inaugurari voluit. Qui dein mos ripe ab aliis quoque Academiis eſt receptus. ravit Lotharius annos 13. ad annum Chri-138. ſubitô morbô, cùm ab expeditione Itarediret, haud procul Tridentô extinctus, Imn inſignibus genero ſuo Henrico, Saxoniæ & riæ Duci, traditis.



99. Con-

## 99. Conradus III. Suevus.

*1. Quoſnam hic competitores habuit?*

Henricum Superbum, Bavariæ & Saxoniæ Du-
cem, hujúsque fratrem Guelphonem. Ille p
multa prælia inauſpicatò inita, utroque Duc
privatus, mœrore contabuit. Hic poſt bel
diuturnum, ſuaſu præcipuè & operâ Rogerii S
liæ Regis, cum Cæſare ſuſceptum, in gratiam
dem reſtitutus eſt poſt urbis Winsbergæ dedi
nem.

*2. Quid in urbis hujus deditione ſingulari
morta dignum occurrit?*

Guelpho, omni belli nervo, quem Rog
aliquamdiu ſuffecerat, deſtitutus, Winsber
tanquam receptaculum tutiſſimum, cum ſu
recepit; ſed fame urgente urbem demùm vi
ris arbitrio permittere eſt coactus. Nec aliud
quàm Guelphonis, eíque adhærentium mors
captivitas, urbísq; direptio inſtabat; cùm M
næ nobiles, non tam de fortunis ſuis, quàm m
torum vita ſolicitæ, Cæſari ſupplicant, aſpor
ſibi id duntaxat liceret, quod ſuis ferre po
humeris, Annuente Cæſare, Guelphonis p
mùm uxor, tum hujus exemplô cæteræ ſuú q
que maritum, humeris exceptum, furori m
tum ſubduxêre. Delectatus pio aſtu Cæſar
urbem tantùm in fidem & gratiam, ſed Guelph

n quoque in amicitiam & familiaritatem reci-

*Quem ſucceſſum habuit expeditio ſacra à Conrado, hortante S. Bernardo, in Palæſtinam ſuſcepta?*

Belli apparatus erat tantus, ut orbi univerſo pugnando ſuffecturus videretur; qui tamen in rritum cecidit, tum Græcorum perfidiâ, qui cal- & gypſô farinæ admiſtô longè plurimos neca- bant, conſiliáque omnia Turcis aperiebant; tum ducum ipſorum diſcordiâ & invidiâ, quæ Gallos ter & Germanos gliſcebat. Unde Damaſcô ſtrà oppugnatâ, Conradus ad ſuos redux, ali- antò pòſt Bambergæ obiit, cùm de pacanda Ita- cogitaret. Imperavit años 14. ad annum 1152.

## 100. Fridericus Ænobarbus.

*1. Cur huic Imperii dignitas delata?*

Erat Fridericus, Conradi ex fratre nepos, ob bam ſubrufam à Latinis Ænobarbus, ab Italis baroſſa cognominatus, præclaræ omnino in- s Princeps, cui patruus præ filio ſuo teneræ e- dum ætatis, Imperii inſignia cum ditione us tradidit, hócque defunctô, Electores com- ni ſuffragio confirmârunt.

*Unde prima defenſionum Papam inter & Cæſarem jacta ſemina?*

Prima in Italiam expeditione domuit Impera-

tor omnes, qui adverſabantur Pontifici, à qu
coronâ aureâ Romæ eſt inſignitus. Non mul
pòſt Fridericô in Germaniam reverſô Londine
ſis Epiſcopus Româ redux, à Germanis captu
libertatem magnô pretiô redimere cogebatu
Queſtus ea de re Hadrianus Papa hæc ſuis ad Cæ
ſarem literis inſeruit: *Inſigne tibi beneficium co*
*næ contulimus.* Neque enim ignorabat Pont
connivente Imperatore, Præſulem illum dur
habitum. Hæc verba acriter pupugêre impe
toris animum, quòd iisdem ſignificari putaret, c
ronam Imperatoriam ſe debere unicè favori Po
tificis. Neque deferbuit Principis, naturâ p
fervidi, ira, quamvis Hadrianus aliâ epiſtolâ,
eam ſibi mentem fuiſſe, declarâſſet.

### 3. *Quænam altera & propior diſſenſion causa?*

Altera in Italiam expeditione Mediolaneſ
quòd Inſubriæ totius dominium affectarent, ir
ctô frenô coërcuit Cæſar. Inde ad examina
vindicandáque Imperii per Italiam jura & b
clientelaria progreſſus, in ſacra quoque Eccl
jura involavit, Henricos Anteceſſores ſuo
conferendis Sacerdotiis, & Epiſcopis inaugu
dis imitaturus. Peſſimè habuit Papam ſac
gum facinus; jámque ſacrum fulmen, in Fr
ricum cudebat; cùm morte abreptus, ſucce
provinciam ſanè difficillimam reliquit.

4.

*. Qui tandem memoratæ diſſenſiones in apertum Schiſma erupêre?*

Alexandro III. in Pontificem ritè electo, Car-ules duo, Cæſaris addicti partibus, Victorem I. Antipapam oppoſuêre. Huic Fridericus il-adhæſit. fruſtrà Imperii Principes ad idem fa-dum cohortatus. Igitur anathemate utrum-ferit Alexander, nec multò pòſt Victor impi-ad Dei tribunal evocatus eſt.

*. Quô pactô fovere ſchiſma perrexit Fridericus?*

Mortuo Victori Pſeudopapam alium ſubro-dum curavit Paſchalem III. quem pertinaci-& ipſe defendit, & ut Germaniæ Præſules ei-adhærerent, vi compulit. Sub idem tempus diolanum ſolo æquatum, quòd in Cæſarem in-rexiſſet.

*Quem exitum tertia Friderici in Italiam expeditio ſortita eſt?*

Pſeudopapam propugnaturus, Romanóſque & etos, Alexandro addictiſſimos, oppugnatu-numeroſo cum milite advolavit. Verùm pe-n exercitum atrociter graſſante, Germaniam tere coactus, mortuo intereà Paſchale Calli-III. itidem Pſeudopapam ſuffecit, Præſulum ntium operâ.

7. *Quæ-*

*7. Quanam quartæ expeditionis Italicæ cauſ-*

Mediolanenſes non ſolùm urbem ſuam denu inſtaurârunt, ſed novam inſuper S. Petri, ejuſ ſucceſſoris Alexandri III. honoribus exædi runt, Alexandriam dictam. Id indigniſſimè fe Cæſar ingenti cum exercitu ad novam hanc bem exſciendendam accurrit.

*8 Quæ hujus expeditionis fortuna?*

Siniſtra ſanè; quippe Alexandriam oppug adortus, eas tandem in anguſtias redigebatur, vitæ etiam periculum haud leve ſubiret. Ac ſit clades navalis, à Venetis illata, ubi Otho i Friderici filius cum 46. navigiis captus, & Ve tias eſt abductus. In cujus victoriæ perenne numentum Dux Venetus quotannis mare Ad ticum, projectô illuc annulô aureô, ſibi deſ dere ſolet.

*9. Num ſaniora tandem cepit conſilia?*

Tot tantíſq; malis fractus Imperator vindic Dei agnovit manum, ſerióque de pace cum cleſia ineunda agere decrevit. Quem in fi Venetias profectus, ſe totum permiſit Chriſt cario, cujus pedem non ſolùm iteratô oſcul veneratus, ſed aſcenſuro in equum etiam ſta tenuit. Vaniſſimum proinde commentum Alexandrum, eximiæ manſuetudinis & pru tiæ Pontificem, Imperatoris in genua prov collum calcâſſe, híſque inſultâſſe verbis: *Sup ſ*

*idem & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem draconem.*

*Quid exinde memoratu dignum geſſit Fridericus?*

...t præteriti delicti, in Eccleſiam admiſſi, abo... memoriam, Hieroſolymam. ab Saladino ...am, recuperaturus, cum centum quinqua... millibus armatorũ in Orientem contendit, ...s præclarè ubique & fortiter geſtis; dum ec... luctuoſa, prorſúſq; inexſpectata Cæſaris mors ...perum, victoriarum curſum, ſpéſque ingen... repentè abrupit. Nam dum is corpus, æſtivis ...ibus fervidum, in Cydno, prægelido Cili... amne, parat abluere, frigoris vehementiâ to... repentè obrigeſcere, & animo linqui cœpit. ...actus confeſtim, ſibíque pauliſper redditus, ...s egit Deo, quòd in expeditione, Religionis, ...iſtiq; Imperii dilatandi ſtudiô ſuſcepta, evo...tur ex hac vita, quam Deo in placationis ho...m offerens, ſéque totum Numini permittens, ...it annô Imperii 38. Chr. 1190.

## 101. Henricus VI. Aſper.

*...rumne, Cœleſtinum III. coronam, Henrici ...iti impoſitam, mox pede decuſſiſſe, ut oſten...ret, poteſtatem dandi, auferendíque coronas eſſe penes Pontificem?*

...um facti hujus tam inſolentis præter Scriptores

ptores Acatholicos nemo meminerit, anilibus i
fabulis annumeramus. Nec injuriâ de veritat
ſuſpectos habemus juratos illos Romanæ Ec
ſiæ hoſtes, maximè quando invehuntur in Po
fices, Chriſti Vicarios, quos Antichriſtos per
trociſſimam calumniam appellare non horr
rebelles Eccleſiæ filii.

*2. Quò pactò Siciliæ Regnum Henricus obtin*

Hoc dotis locô à Conſtantia Guilielmi ul
Siciliæ Regis filia, Henricus conjux accepit. R
gni tamen poſſeſſionem adire priùs haud potu
quàm Tancredus, Guilielmi nothus, quem f
ſtrà armis impetierat, è vivis exceſſit. Poti
tandem regnô, diris ſuppliciis in eos animadv
tit, qui Tancredo adhæſerant. Jordanum C
mitem, quòd ſceptrum Siculum affectâſſet, le
candenti imponi, ferreámque coronam ejus ve
tici clavis affigi juſſit, crudelitate ſanè inaudi
unde meritò *Aſper* cognominatus eſt.

*3. Quid à propria conjuge eſt paſſus?*

Ad Siculos ſuppliciis mactandos cùm denuo
accingeret, popularium ſuorum vicem miſer
Conſtantia, conjugem vi armorum, & Procer
conſpiratione eò adegit, ut pacem ipſe à ſubi
ſibi populis petere cogeretur. Mortuus eſt
nô Imperii 7. C. 1198. non ſinè ſuſcipione pr
nati ab ipſa uxore Conſtantia veneni, reddit
men omnibus, quæ Eccleſiæ priùs abſtulerat.

## 102. Philippus.

1. *Quas difficultates Imperator hic ſubiit?*
Fuit Philippus è filiis Barbaroſſæ natu mini-us, cujus electionem ratam habere noluit Inno-tius III. quòd novas ab illo tricas metueret. ndem Otho IV. armis quoque laceſſit, Impe-m ſibi vindicaturus.

2. *Utri tandem ſceptrum adjudicatum?*
Eô conventum eſt, ut Philippus, quoad vive-r, Imperium retineret, ſuccedendi jure Othoni cto, cui nuptui quoque data Beatrix Philippi cum Regis Romanorum titulo. Quæ omnia bavit quoque Pontifex. Occiſus eſt Philip-Bambergæ à Comite Palatino. Annô Im-10. Chriſti 1208.

# CAPUT V.

## *Imperatores Sæculi XIII.*

## 103. Otho IV. Saxo.

1. *Quidnam de illo memorabile?*
A Philippi obitu Imperator coronam accepit næ ab Innocentio III. ſed cùm poſteà in Pon-ii juris territorium involâſſet, anathematis ine eſt percuſſus.

2. *Quam vim anathema hoc habuit?*
Imperii Principes propè omnes, Othone reli-

cto

cto, Fridericum II. Henrici Aſperi filium, & …
nobarbi nepotem ad Imperii folium evexer…
Otho exinde in Saxoniam ſeceſſit, ſe ipſe …
menter incuſans, quòd Eccleſiam turbâſſet. I…
peravit annis 10. ad annum Chriſti 1218.

## 104. Fridericus II.

1. *Meliúsne cum Pontifice convenit Imper… huic, quàm avo Barbaroſſæ?*

Tres, qui ordine ſucceſsêre, Pontifices … Fridericum anathemate quater perculêre; … quòd mandatis eorum morem gerere detre… bat, tum quòd injuſtis vexationibus Eccl… exagitabat.

2. *Quænam primi anathematis cauſa?*

Quòd expeditionem ſacram, votô firma… procraſtinabat, cum præſenti Paleſtinæ ite… amittendæ, reíque Chriſtianæ inibi funditus terituræ periculo.

3. *Cur ſecundò à fidelium communione e… cluſus?*

Quòd ſuſcepta tandem expeditione, iniq… mis conditionibus pacem inièrit cum Sara… eoſdem haud difficulter ſubacturus, ſi ſeri… luiſſet. Fuit tandem Eccleſiæ denuò concil…

4. *Unde anathema tertium?*

Longabardiæ civitates contra datam … oppugnare aggreſſus eſt Fridericus, quòd à …

e ſtarent. Sardiniam inſuper occupavit, Gi-
orum factione ſuffultus. Quare *Cruciatam*, expeditionem ſacram adversus Fridericum ſiæ hoſtem induxit Pontifex; quâ tamen ni-t parùm admodùm promovit.

5. *Unde anathema quartum?*

xtincto intereà temporis gemino Pontifice, cleſiæ clavum ſedere cœpit Innocentius IV. n is tot turbis facturus, Legatos ad Cæſarem itteris mittit, & ad pacem componendam t. Nihil hiſce permotus Imperator, viros gioſos haud paucos, cum litteris à Pontifice s, laquei ſupplicio addicit. Denique nè in nitatis legem peccâſſe videretur, Legatos & d Pontificem deſtinat, quem intereà ex inſi- comprehendere parat. Quô compertô In- ntius Galliam petit, coactóq; Lugduni Con- ad cauſam ibidem dicendam Fridericum ci- te renitentem anathemate ferit.

6. *Num victas tandem manus dedit?*

uin potiùs indè efferatior, in Pontificem ac rdotes furere cœpit, & tertiam proventuum em exigere ab Eccleſiaſticis, ut nè deeſſent io Eccleſiæ ærario ſubſidia, quibus Eccleſiam gnaret. Monet igitur Pontifex, aliud Im- caput deſignarent Principes. Hi Henrico oni Thuringiæ Landgravio, ſceptrum defe- , eóque haud multò pòſt è vivis ſublato, Gui-

 lielmum

lielmum Hollandiæ Comitem ſubſtituunt, ...
Cæſaris ſimulacrum, quod vix quidquam ...
rià dignum geſſit. Unde nec inter Cæſares ...
rimis numeratur.

*7. Quis tandem Friderici exitus?*

Poſtquàm Italiam inteſtinis odiis, & peri...
ſis Guelphorum, qui Pontifici, ac Gibellino...
qui Friderico adhærebant, factionibus lace...
rat, Parmenſes arctiſſima duorum annorum ...
ſidione preſſit, qui facta tandem eruptione C...
rem caſtris, exercitu, honore, imò & corona ...
peratoriâ, quam intercepère, ſpoliatum, in ...
pem fugam conjecêre. Captus quoque à B...
nienſibus & ferreæ caveæ ad mortem uſque ...
cluſus Entius Friderici nothus; quem cùm hi...
latâ licèt ingenti auri ſummâ redimere haud ...
ſet, vel mœrore, vel, ùt multi arbitrantur, ve...
nô, quod Manfredus, alter Friderici nothus ...
pinâſſe fertur, periit annô Imperii 32. C. 12...
An verè pœnitens, haud liquet.

## 105. Conradus IV.

*1. An Eccleſiæ & Imperio tranquillitatem ... didit Conradus?*

Novis iterum turbis agitata omnia. Guil...
mus Batavus cum Conrado de Imperio con...
debat, quamvis irrito labore. Conradus N...
polin & Siciliam fratri erepturus, Italiam a...

ſtabat, ubi vitam ſuáque amiſit, venenô ne-
à Manfredo, cùm annum quartum imperâſ-
anathematis vinculô etiamdum irretitus.
us exequiæ dum celebrarentur Meſſanæ, tem-
incenſum eſt, ejúsque cadaver igne con-
tum.

*Quinam à Conradi obitu Imperatores electi?*

Occisô duobus pòſt annis Guilielmô Batavô,
tores in diverſa diſtracti, alii Alphonſum Sa-
tem Caſtellæ Regem, alii Richardum Angliæ
s fratrem ſuffecêre. Prior dum Imperium tot
is, diſcordiis, factionibus implicatum cuncta-
accipere, Maurorum interim armis laceſſi-
uo potiùs Regno debuit proſpicere, nè cani
Æſopico ſimilis rideretur. Alter poſt ingen-
pecuniæ ſumptus incaſſum factos redire in
gliam coactus eſt. Unde Imperium manſit
alum.

*Quid de Conradino Conradi IV. filio memorant Hiſtoria?*

Patre mortuo in Italiam movet cum Frideri-
Auſtriæ Duce, Regni Siculi & Neapolitani ad-
us poſſeſſionem. Iſtud Clemens IV. Caro-
Andegavenſi, S. Ludovici Galliæ Regis fratri,
derat ea conditione, ut Manfredum Tyran-
n Siciliâ pelleret. Quô dein occisô, Conra-
, & Carolus de regno obtinendo armis con-
derunt. Sed victus ille unà cum Friderico,

 mul-

multáque Nobilitate, Caroli juſſu, publico in f
ro Neapoli obtruncatus eſt. Quo fatali ictu
Barbaroſſæ omnis, Ducúmque Sueviæ ſurcul
poſtremus excíſus eſt.

*4. Num veriſimile eſt, Carolum, Clementis IV. inſtinctu, vitam eripuiſſe Conradino?*

Id contra omnem veri ſpeciem comminiſcuntur heterodoxi. Quin potiùs conſtat, Pontificem illum moderatione & pietate inſignem, facinus tam crudele Carolo vehementer exprobrâſſe.

*5. Quæ porrò Gallis, Caroli militibus, in Sicilia evenêre?*

Tredecim pòſt annis ipſa die Chriſto reſurgenti ſacra, dató ex more ad veſpertiná pſalmodiam ſignô, octo Gallorum millia ex condicto truncata ſunt. A. Chr. 1282. Inde *Veſperæ Sicul*. in proverbium abiêre.

## Inter-Regnum.

*1. Quamdiu hoc duravit?*

Annos 22. ab A. C. 1250. ad 1273. Quo tempore aut Imperator nullus fuit, aut certè talis, qui vix Imperatoris nomen geſſerit. Ho- è numero fuêre Conradus IV. Gulielmus Batavus, Alphonſus Sapiens, Richardus Anglus.

*2. Cur anni quatuor Imperantis Conradi Interregnum referuntur?*

Quòd Conradus, ut ut legitimè electus, n pr

...erit, quô componerentur Imperii turbæ, ...que regnante illo jam cœperint graviſſima ...regni incommoda.

3. *Quænam illa incommoda?*

...mma rerum omnium converſio ac pertur-..., cùm enim Imperium capite careret, ac ..., *Jus* illud *armatum*, ſeu *vindicationis pri-*...rectiùs latrocinium dixeris) per Germaniá ...uit. Unde cædes mutuæ, rapinæ, incendia, ...iones. vaſtationes, maláque innumera.

4. *Quis Sueviæ Ducatum exinde obtinuit?*

...ciſô Conradinô Imperator non erat, qui ...tum hunc alteri committeret. Extinctus ... is fuit, nec ampliùs poſthac reſtitutus. Sueviæ urbes quàm plurimæ in libertatem ... aſſeruère; ex quo maximo quoque nume-...nora ſubin exorta ſunt dominia.

## Obſervationes.

### ...ricæ, Politicæ, Morales, & Geographicæ ad tertiam partem.

*...a ratione vel auctum, vel imminutum eſt ...erium à Carolo M. uſq; ad Interregnum?*

...ria hic diſtinguimus tempora 1. Florentiſſi-...it Imperii facies regnante Carolo M. cujus ...te & fortitudine auctum maximè & illuſtra-...eſt. Remiſit ſplendor & robur ſtatim ab obi-...Caroli, cujus filii virtute multùm diſſimiles



patri

patri; accedente inſuper Provinciarum divi-
multiplici, impares erant retinendo Imperii
bori. 2. Othonis M. felix magnanimitas ſple-
rem reſtituit, integrum ſervavit Henrici ſan-
tas. 3. Duo Henrici, & Friderici ob nega-
præcipuè Chriſti Vicariis obſequium ſibime-
niſtros negotiorum eventus, ſtirpis ſuæ exc-
nem, Imperii diminutionem, cœlos auſus im-
bos minimè ſecundante, accerſiverunt.
triſtiſſima, durante Interregno, jacentis Imp-
facies, rerúmq; ſumma confuſio, ac perturbatio

2. *Quantum augmenti, detrimentique paſſ-*
*Eccleſia inde à Carolo M. uſq; ad Interregnu-*

Tres itidem temporis differentias notari
lim. 1. Carolus M. laboranti Reipublicæ di-
tus ſubmiſſus, miris incrementis auxit Eccle-
pluribus ad eam adductis populis, firmatáq;
mopere ſanctæ ſedis authoritate. 2. Otho M.
terem Pipini, Caroli M. & Ludovici donatio-
novô decretô ſanxit. Et quanquam ſedi Apo-
licæ aliquantiſper adverſabatur; brevì tamen
vinis etiam flagellis admonitus, ad mentem re-
errorémque ſuum magnis beneficiis in eam
ſedem collatis compenſavit. Quantum p-
ſplendoris Henrici ſanctitas, tantum firm-
juncta ſanctitati fortitudo Eccleſiæ attulit.
gitari potuit ſub Henricis & Fridericis Petri
vicula, everti non potuit; quin potiùs omni

ſuperior feliciter tandem emerſit. Sancti-
inſuper & miraculis ſemper claruit, ùt in Hi-
a Eccleſiaſtica memorabitur.

*Qua occaſione Romanorum Imperium trans-
latum à Græcis ad Carolum M.?*

Cum Eccleſia Romana diu multúmq; hinc ab
atoribus Græcis, ſacrilegis præcipuè ima-
m exterminatoribus, illinc à perfidis Longo-
rum Regibus exagitaretur, opus ſanè erat
iele, aut Gedeone aliquo, qui populum
riſſima ſervitute liberaret. Fuit is Caro-
nine Magnus, rerum geſtarùm gloriâ Ma-
, ex antiquiſſima Ducum Auſtraſiæ proſa-
Rex Galliæ, Germaniæ, & Longobardiæ, po-
am Deſiderium, ultimum Longobardorum
m debellaverat. Hunc igitur Carolum S.
Papa III. ſingulari Dei diſpoſitione & inſtin-
ſa die, Chriſto naſcenti ſacra, Romanorum
eratorem in Occidente, ſimúlque Advoca-
Defenſorem, & Propugnatorem Eccleſiæ
lamavit, & inauguravit, acclamante Clero,
ulóque Romano univerſo: *Carolo Auguſto, à
coronato, vita & victoria!*

*Num Carolus M. natione Germanus fuit?*

Etſi Gallorum quidam contradicant, id tamen
de manifeſtum fit, quòd Ingelhemii haud
cul Moguntiâ natus, Aquisgrani, celebri Ger-
niæ urbe, ſedem Regiam fixit, ibidémque glo-

rioſa morte obita, ſepulchrum ſibi delegit. ...
dit luculentum ſanè duorum Pontificum Ad...
ni IV. & Innocentii III. teſtimonium, diſertè...
ſeverantium : *Imperium à Græcis translatum ...*
*Perſona magnifici Caroli ad Germanos.*

*5. Quinam in Oriente rerum ſtatus, poſt in...*
*ratum Occidentis Imperium?*

Orienti deinceps præeſſe perrexerunt Gr...
duntaxat Imperatores, Romanorum Imperi...
modo dictum eſt, à Græcis ad Germanos tr...
lato. Secuta inde Eccleſiæ Græcæ à Latin...
ſenſio, ac divortium, totiúſque tandem ...
perii interitus longè funeſtiſſimus, capta à T...
cis Conſtantinopoli A. Chr. 1453. & Ori...
ſub Barbarorum jugum & tyrannidem r...
cto.

*6. Qua ratione ad Imperium evecti Cæ...*
*hiſce Sæculis?*

Sæculo IX. jure ſanguinis imperârunt ...
rolingi. Sæculo X. XI. & XII. eligebant ...
peratorem Status, & Principes Imperii ſimul ...
niverſi, non ſinè reſpectu ad ſanguinem ...
gium.

*7. Quando, & à quo inſtituti ſeptem Imp...*
*Electores?*

Tametſi de tempore ipſo non ſatis conv...
at inter Scriptores etiam Catholicos; id tam...
conſtat, numerum Electorum ſeptenarium c...

dium Sæculum XIII. poſt varias, quæ in e-ndo Imperatore præceſſerant, contentio- & diſſidia prævaluiſſe; & quidem Romano- Pontificum authoritate: id quod non ſolùm centius III. & Clemens V. ſed ipſimet E- res in Epiſtola, ad Nicolaum III. data, di- luculentérque teſtantur. Plurimum nem- intereſt Eccleſiæ Romanæ, cujus *Advocatus* Defenſor ex officio ſuo eſt Romanus Impe- r, ut is eligatur, qui Eccleſiam propugnet is, quàm oppugnet.

*Quodnam igitur Imperatoris Romani munus, & officium præcipuum?*

Chriſti Eccleſiam tueri adversùm Paganos, ticos, Schiſmaticos, Tyrannos, omnéſque Chriſtianæ Reipublicæ pacem diſturban- ; unde hodiéque Imperator *Advocatus Ec-* nuncupatur.

9. *Quanta Imperatoris Romani dignitas?*

ter Reges, & Principes Chriſtianos univer- ocum is obtinet præcipuum. Hinc & Eccle- ſtatis, ſolennibúſque ſuis precationibus pe- em de *Chriſtianiſſimo, & Devotiſſimo Impe-* re mentionem facere conſuevit.

10. *Quid Imperatori confert Pontificis coronatio?*

Cæleſte inde auxilium per Eccleſiæ preces ei-

eidem conciliatur, robúrque, ac fortitudo,
reſiſtere poſſit Eccleſiæ hoſtibus. Cæſares
rò, à Pontifice necdum coronati, appellari
lent *Electi* Romanorum Imperatores.

*11. Quandonam primùm creati Comites,*
*Barones?*

A Carolo Magno, qui etiam primus ſolem
Imperii Conventus inſtituit, ubi de graviſſ
negotiis tractabatur.

*12. Quas Provincias Imperatores poſſide*
*hiſce Sæculis, videlicet IX. X. XI. XII.?*

Carolus M. Regnum Italiæ, Galliæ, &
maniæ; ſucceſſorum plerique Italiam ſolùm
Germaniam obtinebant.

*13. Ubinam Regnum Auſtraſiæ, & Arelate*

Auſtraſia complectabatur Alſatiam, Lo
ringiam, Palatinatum inferiorem, Belgii
tem magnam &c. Regnum Arelatenſe idem
mè erat, quod Burgundicum, híſque conſ
provinciis, Comitatu & Ducatu Burgun
Helvetiâ, Sabaudiâ, Delphinatu, &c.

*14. Quænam celeberiores familiæ, è qu*
*Imperatores delecti?*

Sæculo IX. Imperatores novem Caro
præfuêre. Tranſiit paulò pòſt Imperium
Saxones, quorum quinque continuè ſibi
cedebant, nempe Henricus Auceps, Otho

ho II. Otho III. Henricus S. Bavariæ Dux. ti ſunt Francones quatuor, Conradus Sa-, Henricus III. Henricus IV. Henricus V. Suevi ſex, Conradus III. Fridericus Æno-us, Henricus VI. Philippus, Fridericus II. radus IV.

## Animadverſiones Criticæ.

ertiam partem Hiſtoriæ Imperatorum.

*Cur Scriptores Acatholici ſuas paſſim Hiſto- as tot conſpergunt mendaciis & calumniis adversùs Eccleſiam, & Pontifices?*

Quia oderunt lupi paſtorem, gregi ſuo ſtrenuè erq; invigilantem; nec aliter ſectam ſuam are, & apoſtaſiam purgare ſe poſſe opinan- quàm denigrando & criminando illibatam ſti Sponſam Eccleſiam, ſupremóſque ejus lites, quibus Chriſtus ipſe agnos & oves ſuas ndas tradidit.

*Quò verò præcipuè collineant tot eorum ſycophantiæ, fraudes & calumniæ?*

Dum Pontifices Romanos plerumque depin- ut homines ambitioſos, feroces, arrogan-, qui ſummum orbis Imperium affectant, &c. endunt, ut omnium ludibrio & contemptui nant Chriſti Vicarios. Cúmque Eccleſiam n, utpote Petræ inexpugnabili inædificatam, gnare ſe poſſe deſperent, inſultare ſaltèm, & illu-

illudere non ceſſant ſupremo ejus Anti...

*3. Nulline ergo Pontifices reprehenſione d...*

Fuêre nonnulli moribus minimè inculpa... quod ſuper tecta prædicant Acatholici, neque ... lent Orthodoxi; at fuêre multò plures, imò ... rique omnes ſanctitate, prudentiâ, & morum ... tegritate conſpicui. Quas laudes vel ſilent ... nino, vel non niſi parciſſimè attingunt Scrip... res Acatholici. Verùm hac de re pluribus ... Hiſtoria Eccleſiaſtica.

*4. Num aut Carolo, aut Othoni M. conceſſa ... quam poteſtas propria authoritate conſti... tuendi, aut gradu movendi, Pontifices?*

Quanquam olim ob maximam temporum ... lorum perturbationem à Romanæ ſedis op... gnatoribus, intruſiſq; per eos Pontificibus in... ctam Eccleſia afflictiſſima Imperatoris opem, ... ctoritatémque in nominando Papa, aut ejus ... lectione probanda, vindicandáque implorare c... gebatur; falſum tamen eſt Imperatores juri... ctionem, aut poteſtatem ullam arrogare ſibi ... tuiſſe in Eccleſiam, ejúſque Caput citra con... ſum ejuſdem Eccleſiæ. Cui proin fruſtrà int... tant heterodoxi, dum Pontifices ſubdere vol... Imperatoribus, quos illi tunc temporis po... propugnatores ſuos, quàm oppugnatores ſe... re, & agnovêre. Falſum itèm aut Conſta... num aut Carolum M. aliumve è ſucceſſoribu... in-

ſio & inconſulto Pontifice, aut Synodos legi-
t convocâſſe, aut iiſdem præſediſſe.

*..iam laudandi Carolus & Otho M. quòd Con-*
*..ini M. exemplò Eccleſiā multis magniſque*
*poſſeſſionibus dotârint & locupletârint?*

Hanc plusquàm regiam munificentiam mole-
..æ ferunt Acatholici, juratíque Eccleſiæ &
..rdotii hoſtes; mallent quippe Eccleſiæ Pa-
..inermes prorſus, ac inopes, omníque nervo
..æ defenſionis præſidiò penitùs deſtitutos
..ut nempe in hos, ipsúmque ovium gregem
..è graſſari, &, quæ illi ex pia Catholicorum
..itate poſſident, optiméque ut plurimùm,
..iſſimè diſpenſant, alios longè in uſus poſ-
convertere. Et cur Eccleſiæ Præſulibus ſua
bona invident, cùm Deus ipſe priſcis illis
..tibus Sacerdotes & Levitas opibus longè
..ibus cumulârit, dum præter tot urbes am-
..mas cum paſcuis circumjacentibus, omnium
..er frugum, pecorúmque decimas, primi-
primogenita, aut lytra eorum, ſacrificia itèm
..iationes omnes &c. vel ex toto, vel certè ex
e iiſdem attribuit? Quæ omnia ſi nunc quoq;
..is Pontificibus, cæteríſque Sacrorum ad-
..ſtratoribus præberentur, næ illi multò am-
..ius, quàm unquam adhuc, opibus abunda-
At fortè etiam ſumptus propè immenſos,
..ua à Davide, Salomone & aliis, ità hodie
quoque

quoquè à tot Principibus Catholicis in temp-
rum fabricam ornatúmque profuſiſſimè imp-
ſolitos, meliùs ſcilicet locatos vellent Acath-
Sed caveant, nè, dum ex ſacrilegis ſpoliis cu-
felice illo Angliæ Rege *Eccleſiæ* primùm *D-*
*ſore* ſtrenuo, dein acerrimo oppugnatore cu-
diteſcere, cum eodem ſera nimis & inutili *co-*
*ſione* fateri tandem cogantur: OMNIA PER-
DIMUS!

*6. Utrùm Henricus IV. à Pontifice, an p-*
*Pontifex ab Henrico iniquè eſt vexat-*

Nec debuit, nec potuit permittere Greg-
VII. ut in Sacra involaret Henricus Cæſar, ſ-
dotia immerentibus conferret, ditioribus ve-
ret, imò & proventus ſacros in militum ſtip-
inſumeret. Coërcendus itaque fuit pœnis
cleſiaſticis, cùm nec paterna monita, nec
quisquam proficerent. Id ipſum de Henric-
Friderico I. & II. ſentiendum. Cæterùm ſi
gnum illum Theodoſium, S. Ambroſio, ſ-
exprobranti, caſtigantíque ſubmiſsè auſcu-
rem, imitari voluiſſent hi Imperatores, ſibi
riam, Eccleſiæ & Imperio tranquillitatem p-
riſſent.

*7. Quænam Mathildis illa, cujus glorio-*
*ni infamiæ notam inurere tentant Acath-*

Erat Bonifacii Hetruriæ Marchionis filia,
tatis, fortitudinis ſupra ſexum generoſæ, &

...æ miraculum, hæres unica ampliſſimarum ...alia provinciarum, quas omnes legavit Eccle... quanquam donatio hæc poſtea haud parùm ...minuta. Portio porrò illa, quæ Eccleſiæ ...nit, *Patrimonium S. Petri* appellari ſolet.

*...ctè ne egiſſe cenſendus eſt Henricus V. quòd ...a Eccleſiæ jura in deferendis Sacerdotiis ſalva tandem atq; integra eſſe voluerit?*

...æclarè omnino egit, ac laudabiliter, quam... Imperii detrimenta, neſcio quæ, enata inde ... fabulentur Acatholici.

*...r expeditiones ſacræ vocabantur cruciatæ?*

...o crucem, vexillis veſtibúſque in dextro hu...aſſutam, quæ ſacræ illius militiæ inſigne e... teſſera. Prima hujusmodi expeditio ad...a eſt A. C. 1096. Ductore Godefredo Bul..., qui captâ Hieroſolymà primus ibidem Rex ...um ſuffragiis eſt electus. Alia itèm A. C. ...7. Duce & Imperatore Conrado III. Alia A. 1189. Duce & Imperatore Friderico Æno.... Universè octo celebriores *Cruciatæ* nu...atur.

*Quid de expeditionibus iſtis ſentiendum?*

...as à tot Principibus Chriſtianis virtute ac ...loria celebratiſſimis, ſuaſu etiã & inſtinctu ...rnardi, aliorúmq; Virorum Sanctiſſimorum ...utiliterque ſuſceptas fuiſſe luculento ſanè

argu-

argumento eſſe poteſt vel ſolum Regnum Hie-
roſolymitanum, quod bina propè ſæcula per-
ravit. Si proin omnium laudibus celebran-
Cyri expeditiones, quibus Monarchiam Per-
poſt bina ſæcula ad Græcos translatam, funda-
non eſt, cur ſacri ille belli apparatus carpatu-
Acathalocis, atque in irritum cecidiſſe dicatur

*11. Cur memoratæ expeditiones exitum mi-*
*optatum ùt plurimùm ſortiebantur?*

Præter arcana Dei judicia, quæ ſubmiſſè
tiùs adorare, quàm curioſiùs ſcrutari oportet,
cauſa fuêre cùm frequentes Chriſtianorum Pr-
cipum diſcordiæ, tum præcipuè plurimorũ,
re, ſed nomine duntaxat Chriſtianorum fla-
quibus vel ipſis Saracenis pejores exiſtimari
injuriâ poterant. Atque hæc præcipua ſanè
ſa eſt, quòd Palæſtina, tótque aliæ regiones m-
liſſimæ ſub duriſſimo Turcarum jugo tot jam
culis gemant, tunc demum in libertatem
rendæ, quando Turcarum peccata graviora
rint peccatis eorum, qui ſub inani Chriſtiani
minis larva vitam ducunt ſceleratiorem, quàm
ſimet Pagani & Mahometani, Chriſtianæ
fidei lumine deſtituti.

(o)

PA

# PARS IV.

## omanorum Imperatores Germani à dolpho I. Habsburgico ad Carolum VI. Auguſtum.

ompleƈtitur pars iſthæc Imperatores duos & nti, qui per ſæcula quinque cum dimidio Im- gubernacula tenuêre.

## CAPUT I.

### uqui *Romanorum Imperatores Sæculi XIII.*

106. Rudolphus I. Habsburgicus.

1. *Quis, quantúſque hic Heros?*

rat Comes Habsburgi, Alſatiæ Landgravius lique in Helvetia territorii Dominus, genus n & originem referens ad Carolum M. per um Lotharingicam, Auſtriacæ gentis incly- Patriarcha, & Heros non pietate minùs, quàm udine præſtans, qua, utì & prudentia ſingu- Imperium poſt 22. annorum Interregnum ſſimè inſtauravit.

*Quâ viâ ad ſupremum Imperii faſtigium eſt evectus?*

ctuante aliquamdiu Imperio, gubernatore ituto, Gregorius Papa X. turbatis Germaniæ

 rebus

rebus proſpecturus, de Imperatore deſignand
commonuit Electores, qui conventu Francofur
habito, Rudolphum, Baſileam tunc obſidentem
Auguſtum dicunt, atque ad capeſſendum Im
rium evocant.

*3. Quid Aquisgrani, ubi Imperii inſignia re-
perat, momoratu dignum accidit?*

Imperii Proceres in fidem & clientelam ſ
cepturus, petiit, interpoſito ut jurejurando E
cleſiæ & Imperio ablata reſtituerent. Cuncta
tibus nonnihil, ſceptrúmque deeſſe cauſantib
Rudolphus acceptam ex ara proxima Chriſt
cruce pendentis effigiem Principibus oſtendi
*En*, inquit, *ſignum, quô omnes redempti ſumus!
ornamentum pariter, ac fulcimentum regnorum
omnium! Hôc ego ſceptrô jus dicam populis, & h
Imperii profligabo.* Móxque crucem deoſcula
cæteros, ut idem facerent invitavit; quod u
conſenſu præſtitêre omnes, dictô ſimul fideli
ſacramentô.

*4. Quinam potiſſimùm Imperatori huic adv
ſabantur?*

Inter omnium potentiſſimos erat Othoca
Bohemiæ Rex, qui Auſtriam, aliáſque Provin
præter jus fáſque occupaverat. Monitus idci
per Cæſaris Legatos, hos contra jus genti
Pragæ ad urbis portam ſuſpendi juſſit. Ju
proinde armis appetitus, magnáque affectus

pacem, quam obſtinatè priùs negaverat, ſup-
lex petiit, in verba Cæſaris jurare paratus, dum-
do id palàm omnibus haud fiat, ſed in tento.
Annuit Rudolphus; tabernaculum tamen
gi juſſit, ut cortinæ illicò demitti quaquaver-
poſſent. Itaque cùm Othocarus ad Cæſaris
s ſe provolveret, ſubmotis repentè peripe-
atis, patuit omnium oculis Othocarus Ru-
ao ſupplex, ridentibus Germanis, Bohemis
entibus.

*uo apparatu Othocarum excepit Rudolphus?*

Monitus à ſuis, Othocarum, ſplendido cum co-
tu, & pompa adventantem, majore quoque
ratu exciperet, reſpondit: ſæpiùs Othocari
ſaram vulgari ſuo veſtitui quondam illuſiſſe,
unc illius purpuræ hunc illuſurum. Hinc
atores quoque & doryphoros nonniſi loricis
ſque inſtructos adſtare voluit, inquiens: *fer-
& arma maximum, propriúmque Germanorum
rnatum.*

*Num Othocarus juratam fidem ſervavit?*

Domum reduci imperioſa conjunx hanc tan-
n ſubmiſſionem publicámque ludificationem
ementer exprobravit, nec antè deſtitit, quàm
collecto ingenti exercitu Auſtriam contra fi-
n datam denuò occupavit; quam tamen pau-
ſt, quatuordecim ſuorum millibus deſidera-
propriáque vitâ amiſsâ, Rudolpho cedere co-

aċtus eſt. Hanc is dein Alberto filio clientel-
nomine tradidit, futuram exinde tot Heroum
Regum & Imperatorum matrem, altricémque
fœcundiſſimam juxtà, ac fortunatiſſimam.

*7. Quibus præcipuè virtutibus Rudolphus ex-
celluit?*

Inſigni prorſus erat pietate erga Deum & E-
cleſiâ, cujus privilegia vetera rata habuit, & no-
va adjecit. Virtutem bellicam abunde teſta-
tur decem & quatuor prælia, quæ quàm forti-
ipſus iniit, tam feliciter conſummavit, Victori-
indè cognomen ex merito adeptus. Ex-
quoque prudentiâ, fortitudine & juſtitiâ mi-
laceratam Interregni tempore Germaniam
integrum reſtituit, abolito jure illo injuſtiſſi-
vindicationis privatæ, ſeu potiùs latrocinio, q-
potentiſſimus quiſque in aliena bona graſſari i-
punè eſt auſus. In ſola certè Thuringia ſexag-
ta arces, latrociniis hujuſmodi infames, intr-
menſis unius ſpatium demolitus eſt. Victu
veſtitu vulgari admodum utebatur, ſolo rapar-
eſu in caſtris aliquando contentus. Qua frug-
litate militum ob annonæ penuriam querelas o-
portunè ſopivit. Siti aliàs urgente, aquam, i-
opi ruſtico vi ereptam, bibere renuit, indign-
ratus, ſi cum viri pauperis injuria ſitim pelleret.
Domeſticos ſuos, hominum plebejorum turb-
ab alloquio ſuo arcentes, ſuaviter, ùt mitis er-

genii, ſic increpuit: *Sinite, quæſo, hos ad me venire. Quid enim? num ideò Imperator ſum, ut in domi concluſus hæream?*

*Quodnam Eucharisticæ pietatis edidit ſpecimen Rudolphus?*

In Habsburgenſi ſua Dynaſtia venationi fortè ...tus, Sacerdotem obvium habuit, lutosâ viâ ...um Viaticum ægroto afferentem, cui equum ...n confeſtim obtulit, ſecutus ille pedes ad uſq; ...eris ægroti caſam; indéque reverſus ad tem- ...equum recipere noluit, quòd cæli terræque ...inum portâſſet. Huic Eucharisticæ pietati ...itatem ſuam omnem in acceptis refert Do- ...Auſtriaca. Imperavit Rudolphus annos 18. ...num Chriſti 1291.

## 107. Adolphus Naſſovius.

*Cur Albertum, Rudolphi filium, non ſuffecerunt Electores?*

Id nè fieret, Gerardus Elector Moguntinus ...tit, qui aſtu quodam Electores reliquos in- ...t, ut ſuo unius arbitrio electionem permit- ...nt. Cùm igitur Alberto Auſtriaco dudum ...ſus eſſet, Adolphum Naſſoviæ Comitem co- ...ione ſibi junctum, Imperatorem nomina- ... Quod tametſi præter ſpem omnium & opi- ...em accidit, Aquisgranum tamen deductus, ...perii inſignibus decoratus eſt.

*2. Cur Adolphus aliquot pòſt annis ab Imper gubernaculis eſt dejectus?*

Videbatur Adolphus initio regiminis ſui non indiligenter rem curare publicam, cùm ſenſim aſſentatorum peſſimis conſiliis depravatus, non jam Imperium, ſed ſuis duntaxat commodis ſer-vire cœpit. Angliæ Regi ſtipendiariam militiæ acceptâ ingenti pecuniæ vi, pollicitus, fidem fre-git, novóque perfidiæ ſcelere Thuringiam, qu Landgravius parens cum ſumma filiorum hære-dum injuria venalem propoſuit, aurô Anglico emit. Hanc dum hæredes pro jure ſuo armis vi-dicare parant, immanitate plùs quàm barbar obvios quoſque ſævitum eſt. Direpta temp monaſteria, pagi, urbes & oppida incenſa, puel matronæ, virgines Deo ſacratæ ludibrio hab Adolpho ſi non jubente, certè connivente. hæc, pluráque alia, Imperatore prorſus indiſ Septemviri, atque ipſe in primis Moguntin electionis illius auctor, Imperium Adolpho ab gârunt, ſubſtitutô in ejus locum nunc tand Albertô Rudolphi I. filiô.

*3. Ceſſitne Imperio Adolphus?*

Aut Cæſar futurus, aut nihil, decretorii c taminis aleam ſubire ſtatuit. Adventanti ig Alberto æmulo ſuo expedita cum equitum m occurrit, præliô belli fortunâ tentaturus. Ja datô pugnæ ſignô, ſex horas ipſas acerrimè d ça

tum eſt, dum tandem Adolphus, accepta le-
hali plaga, equô ab Alberto dejectus, atque ab ad-
antibus trucidatus eſt annô Imp. 7. C. 1298.

## 108. Albertus I. Auſtriacus.

*Quænam Alberto imperante, rerum in Helvetia converſio atque immutatio?*

Cùm à Præfectis ſuis nimiopere premi ſe con-
tererentur indigenæ, grave iugum excutere,
que in libertatem aſſerere decreverunt. Hos
terni paulò animoſiores, interpoſito etiam
jurando, in fœdus ac ſocietatem primùm co-
annô 1308. Inde pluribus mox ſociis aucti,
pulſis aut occiſis Præfectis Rempublicam in li-
tatem, quâ hodiéque fruuntur, vindicârunt.

*2. Quam mortem Albertus obiit?*

Joannes, Alberti ex fratre nepos, periniquô
t animô, quòd annos licèt undeviginti nato,
editarias ſibi provincias regendas tradere re-
aret Imperator, Igitur conſpiratione cum
us ſceleris ſociis inita, Albertum incomitatū,
tale quid ſuſpicatū, Badenam inter & Rhein-
dam aggreſſus, è medio tollit. In ipſo pa-
tæ cædis loco nobile deìn Monaſterium Kö-
sfeldam condidit Imperatrix vidua; occiſi ve-
adaver Spiræ ſepulchro illatum eſt. Impe-
vit Albertus annos 10. ad annum Chriſti 1308.
nſignes animi dotes vita longiore digniſſimus.

# CAPUT II.

## *Imperatores Sæculi XIV.*

### 109. Henricus VII. Luxemburgicus.

*1. Cur Æmulo Philippo, Galliæ Regi, præfer-batur Henricus?*

Electores diu multúmque hæſitantes, utri de-ferendum Imperium, admonuit Pontifex, Cæ-rem Germanicum, miſſo Galliæ Rege, confeſti-eligerent, nè graviſſimis alioqui turbis agitare-orbis Chriſtianus. Electus igitur Henricus C-mes Luxemburgicus, ad omnia ſumma natus, mox in Alberti parricidas condignis ſuppli-animadvertit.

*2. Quid in Italia præclari geſſit?*

Pontificis hortatu internecinas Guelphorum & Gibellinorum ſimultates & factiones, qui-annos ferè centum Italia dirum in modum la-rabatur, ſopiturus, ingenti cum exercitu i-contendit, pérque Legatos Pontificis Aveni-tunc degentis, Romæ coronatus, complura p-Italiam bona clientelaria Imperio vindica-Redux inde in Germaniam, Bonconventi c-ex febri maligna, non ex veneno, quod ſacra-Synaxin ſumpturo in Hoſtia Sacerdotem por-xiſſe nonnulli comminiſcuntur. Imperavit a-nos 5. ad ann. Chr. 1313.

110. Lud-

## 10. Ludovicus V. Bavarus, & Fridericus III. Auſtriacus.

*Quis ab Henrici VII. obitu Imperii ſtatus?*

Poſt 14. menſium interregnum Electores in
us diſtracti factiones, hi Fridericum Pulchrum
ſtriacum, illi Ludovicum Bavarum Impera-
tem renunciant, utrumq; ob dotes plùs quàm
gias ſoliô Cæſareô longè digniſſimum, ſi unum
s ſimul capere potuiſſet Imperatores. Hinc
re & vehemens octo annorum bellum, quod
dem pugna, haud procul Müldorffiô Bavariæ
dô inita, diremit, victô, captóque Fridericô,
arcem Transnizenſem abductô, ubi trien-
m detentus, libertatem à mago oblatam, Chri-
a fortitudine rejeciſſe fertur, rem planè in-
am ratus, ſi, ut corpus captivitate redimeret,
nam Orci tyranno in ſervitutem traderet.
miſſus ex arce Imperii negotiis porrò tractan-
abſtinuit, ſive rerum humanarum faſtidio, ſi-
metu, nè novis implicaretur turbis. Obiit
triennio pòſt, annô ab electione ſua 15. à
iſto nato 1329.

*Quid de Schvveppermanno memoriâ proditum eſt?*

Cùm poſt difficillimum illud duodecim hora-
prælium, propè Müldorffium commiſſum,
ter ova obſonii nihil ad cœnam Imperatori



Duci-

Ducibúſq; ſuppeteret, is ſingulis ſingula; Schwepermanno verò, qui eo in conflictu eximia virtutis bellicæ dedit ſpecimina, bina porrigi juſſit, cum dicto: *Dentur ſingulis ova ſingula, Schvvepermanno bina.* Qua *ovatione* vir fortiſſimus per omnem vitam gloriatus, hanc ſuo etiam tumulo juſſit incidi.

*3. Unde Papam inter ac Ludovicum tot tantáque orta diſſidia?*

Exiſtimabat Ludovicus, devictô Friderico æmulô, rebus jam tranquillis pacatíſque ſe fruiturum, cùm ad Joannem XXII. Pontificem, Avenione commorantem, non unius culpæ reus agitur, nominatim quòd Imperii poſſeſſione, non ritè, nec majorum more adita, citra Pontificis aſſenſum palàm pro Imperatore ſe geſſerit, Eccleſiæ ... lium Septemvirali dignitate auxerit, De... hoſtes conſiliis, opibus, armis juverit. ... bus omnibus tres intra menſes, intentato ... anathematis fulmine, purgare ſe juſſus, Avenionem Legatos miſit; qui tamen nil præter bimeſtrem dilationem impetrârunt. Inter ea Ludovicus editâ apologiâ ſuam teſtatus innocentiam, ad Papam de rei ſumma planiùs edocendum, N... déque ad Concilium generale appellat. ... iſthæc moratus Pontifex, Ludovicum, elapſo ... meſtri, ſacrorum uſu prohibet.

4.

4. *Quò hæc animô tulit Ludovicus?*

Tum pravis aliorum conſiliis, tum præcipiti impetu abreptus in Pontificem jam palàm cœpit inſurgere. Inde Romanorum, Joanni adverſantium, quòd ſedem Avenione Romá transferre recusâſſet, invitatu Italiam ingreſſus, Mediolani ferream, Romæ Imperialem coronam à Cardinali Columnio accepit. Sub hæc convocatis è Gibellina factione Epiſcopis, poſt multa in Joannem jacta probra & calumnias, Petrum Corbarium, qui Nicolaum V. ſe dixit, in ſedem Pontificiam intrudendum curat.

5. *Num tanti eum delicti pœnitentia poſtmodum ſubiit?*

Miſſis ad Joannem XXII. ejúſque ſucceſſores Benedictum XII. & Clementem VI. aliis atque aliis legatis, & deprecatoribus, anathematis vinculo ſolvi ſupplex petiit. Sed preces, toties iteratas irritas fecêre tum corrupti conſiliarii, tum potentes aliorum, Philippi præſertim Galliarum Regis, obices, quorum nempe intererat, Ludovicum è labyrintho ſuo emergere non poſſe.

6. *Quis tandem rerum exitus?*

Hortante Clemente VI. Electorum pleriq; exploratô Ludovicô Carolum Bohemiæ Regem rogârunt; cui tamen is uno haud ampliùs anno ſuperſtes, apoplexiâ extinctus eſt, vel venenô, quod

quod dum equeſtri inter venandum agitation
nequicquam laborabat excutere, ſuperante ri
mali in terram effuſus, inter luculenta pœniten
tiæ ſigna exſpiravit, annô Imperii 33. Chr. 13
Defuncti cadaver Monachii in Æde Principe
mulatum eſt, excitato multis pòſt annis à Ma
miliano I. Electore Bavaro viſendi operis M
ſoleo. Id enimverò de ſuis mereri ſucceſſori
jure poterat Imperator hic cùm ob præclara a
mi decora (quæ Auguſti ejus nominis vindic
non ex mendacis famæ commentis, ſed autog
phis literis & tabulariis orbi nota fecêre) tum
ſingularem erga Deum, ac Cœlites, cœli
præcipuè Reginam pietatem, cujus vel in
Bavaria tot pene exſtant monumenta, quot
naſteria. Nam præter Templum & Aſceter
Ettalenſe longè celebratiſſimũ, alia inſuper pl
aut condidit, aut perquàm munificè dotavit.

## III. Carolus IV.

*1. Quid cauſæ fuit, cur Pontifex Electori*
*Carolum commendaret?*

Cùm ob multa præclaráque animi dona, tu
quòd ex ephebis vix egreſſus, jam Dux, victi
glorioſus, Gibellinos, perpetuos Pontificum h
ſtes, armis domuerit, atque adeò ſpem haud m
dicam fecit rei bene gerendæ, ſi ad Imperii gu
bernacula admoveretur.

2. Na

*Num Carolo à Ludovici obitu Imperii poſſeſ-
ſionem adire mox licuit?*

Id quidem ſperaverat Carolus, qui vivente Lu-
ico imperandi jure ac poteſtate conſultò ab-
uit. Verùm Electores, ii præſertim, qui Lu-
ico conſtanter adhæſerant, cognito ejus obi-
le novo mox Imperatore legendo deliberant,
q; dignitatem Angliæ primùm Regi Eduar-
, dein Friderico Thuringiæ Landgravio, &
chioni Miſniæ, ac demum his jure ſuo ceden-
s, Gunthero Comiti Schvvarzburgico de-
t, qui ſuum hoc jus armis aliquamdiu per-
us, venenô à Medico ſibi porrectô, paula-
extinctus eſt, conſentientibus tandem in Ca-
electionem Septemviris omnibus.

*Qua maximè re de Imperio Romano bene
mereri ſtuduit?*

Ut lites & diſcordias, in Cæſarum præſertim e-
ione oriri ſolitas, præcideret, in comitiis, No-
bergæ 1356. celebratis, linguâ Latinâ Diplo-
vulgavit, ab appenſo ſigillo Imperatoris aureo
lam *auream* nuncupatam. Ubi de Imperatō-
electione, Septemvirorum prærogativa, ordi-
dignitate, causísq; & rebus gravioribus agitur.

4. *Quænam Imperatoris hujus laudes ac
decora?*

Tantâ erat in Chriſti Vicarium reverentiâ, ut
ſtrato-

ſtratoris etiam officio functus, Urbanum V. [illegible] quitem pedes ſequi non erubuerit. Pragæ Ar-chiepiſcopatum condidit, dotavítque, & S. Wen-ceslai honoribus magnificam excitavit Baſilicam. Quàm juſtitiæ amans fuerit, vel indè patet, quòd Pragæ in publico ſæpe tribunali conſidens, om[nium] querelas audire, omnibúsque jus dicere [vo]luerit. Doctrina inſuper excelluit, quinque lin-guarum, Latinæque apprimè peritus. Liter[atos] virósque eruditos, quos Inter Bartolus Juriscon-ſultus celeberrimus, & Franciſcus Petrarcha, ma-gno ſemper in pretio habuit. Academiam Pra-genſem multis ornatam privilegiis fundavit. Di-ſputationibus, aliiſque exercitationibus literariis plures ſæpe horas interfuit tanta cum volupta[te], ut cùm aliquando de prandii tempore moneretur à ſuis, reſponderit: irent ipſi, pranderéntque; ſi-bi namque præ omnibus epulis certamen hoc li-terarium ſapere.

## 5. *Quid Imperatori huic potiſſimùm viti[o] vertitur?*

Quod Regni Bohemiæ, quàm Imperii am[pli]ficandi ornandíque ſtudioſior, urbes quasdam vel vectigalia, ad idem Imperium pertinentia ve[n]-derit; præcipuè verò quòd Wenceslaum fili[um], cujus mores improbos neſcire non potuit, red[em]ptis magna pecuniæ vi Septemviralibus ſuf[fra]giis, ſibi ſucceſſorem deſtinârit. Cæterùm [...]

morem anteceſſorum uni Bohemiæ Carolus
è affixus hæſit, unde jura dare Imperio con-
verat; cùm tamen Imperatores reliqui in i-
tibus conficiendis multi fuerint, prout varia
vinciarum aut neceſſitas, aut utilitas exigere
batur. Obiit annô Imperii 32. Chriſti 1378.
ſucceſſore ſapientiſſimis monitis inſtructô;
us tamen hic inſuper habitis, ſuo potiùs ge-
eſt obſecutus.

## 112. Wenceslaus iners.

*Et quem Chriſtianos inter Cæſares hic locum obtinet?*

Omnium ſanè poſtremiſſimum, inter Caligu-
potiùs, Nerones, & Heliogabalos collocan-
; adeò nihil dignum Chriſtiano Principe geſ-
brietati, otio, omníque turpitudini, perpe-
intentus, non homo, ſed monſtrum hominis.
nifex perpetuus ejus lateri comes adhærebat,
veſtigio ſanguinaria Domini Imperia exequi
let.

*Cur S. Joannem Nepomucenum necari juſſit?*
Joannæ Imperatrici pientiſſimæ à confeſſioni-
hic erat, à quo expiſcari cùm vellet Wences-
, qua de re arcano in tribunali ſe accuſaret
junx, Sacerdos Cæſaris impietatem execratus,
ſibi nefas eſſe ajebat quicquam per ſacram
pologeſin cognitum, evulgare, quàm Cæſa-
ri

ri inquirere. Hac reſponſi libertate ille in ra-
biem actus, Joannem de ponte Pragenſi in
Moldavam fluvium præcipitari juſſit; cujus vi-
virtutem Deus prodigiis propè innumeris hodie-
diéque teſtatam facit.

*3. Qua demum ratione in ordinem eſt redactus?*

Cùm ob enormia ſcelera à Regni Proceribus
ſemel atque iterum in carcerem detruſus, inde
elapſus, ad ingenium ſemper rediiſſet, Septem-
viri comitiis Francofurti A. 1400. indictis, ex-
ctoratô Wenceslaô Fridericum Brunsvvicen-
ſem, & huic, paulò poſt à ſicariis interemptô, Ru-
pertum Palatinum, Bavariæ Ducē ſubrogârunt.

*4. Num ægrè id tulit Wenceslaus?*

Quin potiùs gratulari ſibi viſus eſt, quòd qua-
licunque jam onere levatus, liberiùs otio, gulæ,
libidini vacare dehinc poſſet. Cúmque No-
bergenſes, ut fidelitatis ſacramento exſolveren-
tur, decies mille florenos Wenceslao ultrò ob-
tuliſſent, hic non niſi quatuor vini Rhenani plau-
ſtra ſibi mitti petiit. Vitam tandem ſcelera-
tiſſimè actam pari exitu clauſit 1419. cùm à pa-
tris obitu Bohemis annos 41. Imp. 22. non ta-
præfuiſſet, quàm ad omnem ſcelerum licen-
tiam facem prætuliſſet.

(o)

# CAPUT III.

## *Imperatores Sæculi XV.*

113. Rupertus Palatinus, Dux Bavariæ.

*Quæ ab eodem in Italiam ſuſcepta expeditio?*

Vocatus illuc à Bonifacio IX. & Florentinis, ut ...atio, Italiæ dominatum affectanti, frenos ...ceret, ſiniſtro Marte cum eodem conflixit. ...e cùm nihil ſubſidii ab Italis ſperare poſſet; ...cta in Germaniam rediit, meliorem inibi ...am locaturus.

2. *Quænam Ruperti laudes?*

Princeps erat præclaris omnino animi dotibus ...ctus, Religionis, pacíſque amator, juſtitiæ ... & vindex egregius, boníſque literis appri...vens. Heidelbergæ Academiam, ædémq; ...Spiritûs fundavit, uberéque dotavit pro..., ibidem ſepultus A. C. 1410. poſtquam ...decem Rempublicam bene felicitérque ad...travit. Ruperto ſucceſſorem optaverat ...ex Sigismundum Hungariæ Regem; ſed ...præferebatur Jodocus Moraviæ Marchio, ...cùm menſe ab electione ſexto obiiſſet, à ple...ue ſilentiô prætermittitur.

114. Sigismundus.

*Quid in hujus electione memoratu dignum accidit?*

 Cùm

Cùm & ipſe Elector eſſet, ſibimet ſuffrag
dedit; neque enim alium quemquam ſe nôſſe
bat, qui propenſiore, paratioréque eſſet anim
procuranda Imperii emolumenta. Placuit
animi candor Electoribus cæteris, qui ſumm
um conſenſu Imperatorem proclamârunt.
erat ſanè Sigismundus eo honore digniſſimus
pote qui ingenii indolíſque planè Regiæ præ
tiâ, Religionis ac pietatis ſtudiô, ſapientiâ,
ſtriâ, patientiâ laborum, munificentiâ, animi
gnitudine, aliíſque eximiis virtutum ornam
inter coævos Principes longè eminebat, W
ceslao fratri natu majori moribus, ingenio,
táque vitæ ratione omnino diſſimilis.

*2. Quæ prima præcipuáque Sigismundi cu*

Ut diuturnum ac pernicioſum Eccleſiæ
ma, quô terni ſimul Pontifices in totidem f
nes diſtracti, Reges quoque ac Principes
quisque partes trahebant, penitùs tolleret,
tantùm Legatos quaquaverſùm miſit ad Pr
pes; ſed Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Ita
maxima celeritate, & incredibili laborum di
limorum tolerantia ipſus adiit: nec antè qu
quàm Joannem XXIII. ad Concilium Oec
nicum Conſtantiam, Germaniæ urbem ſi
mœniſſimam, & commodiſſimam convocan
permovit.

3. Q

*Quando, quáque frequentiâ celebratum hoc Concilium?*

choatum eſt ſolenni ritu die 5. Novemb 1414. oſt 45. Seſſiones ad exitum perductum die 22. lis 1418. Interfuêre præter Joannem XXIII. ſque ad ceſſionem Pontificatûs præſidebat, archæ 4. Cardinales 29. Archiepiſcopi 47. copi 160. (imò aliquamdiu ampliùs trecenti Archiepiſcopi, quà Epiſcopi aderant) Anti- Cœnobiarchæ, Theologi & Juriſperiti com- Multorum inſuper Regum Legati, tres ii Electores, cæterorum verò Principum in- numerus. Imperator pridie Natalis Domi- em ingreſſus, dum Sacra illa nocte primum ſacrificium ſolenni ritu perageret Pontifex, vit Sigismundus Euangelium: *Exiit edictū* *re &c.* Inde Concilium non ſolùm præſen- a cohoneſtavit, ſed omni inſuper ope, conſi- duſtriâ fortiſſimè, conſtantiſſiméque prote- propugnavit, dum tandem electô Martinô ax Eccleſiæ reddita.

*uid de Joanne Huſs, ejúsque diſcipulo Hie- ronymo Pragenſi Hiſtorici meminêre?*

terque à Concilio rogi ſupplicio eſt addictus efariæ in propugnanda hæreſi pervicaciam. e belli incendium calamitoſiſſimum, facem ferente Ziska, Huſſitæ Bohemi ſuſcitârunt, d Sigismundus, copioſo militum ſanguine tot

in prœliis fuſo reſtinguere haud potuit, Deo atr...
cia Boëmiæ ac Germaniæ ſcelera horribili hær...
ſeos Huſſiticæ flagello caſtigante; quoad tand...
rebelles illi in diverſas diſtracti factiones, ...
mo ſe Domino ultrò ſubjecêre.

*5. Num aut Concilium, aut Sigismundus ...
um, ejúsque aſſeclam condemnando datam ...
dem publicam violâſſe cenſendi ſunt!*

Impudentiſſima hæc Calumnia eſt, ab Acat...
licis vel per grandem inſcitiam, vel potiùs ...
ſummam malitiam fraudulenter conficta, qu...
Scriptores Catholici evidentibus pridem ar...
mentis ſatis ſupérque confutârunt.

*6. Quô erga literatos fuit animô Sigismu...*

Hos nobilibus illiteratis longè præferend...
xit: nam *Equites*, inquit, *& Nobiles creare ...
Cæſar; non itèm Doctos, & Doctores, quos D...
natura ipſa indoctis præſtare voluit.* Adula...
ſummopere deteſtabatur. Hinc aſſentatori...
dam inflictâ alapâ, quærenti, *cur me cædis?* ...
ſpondit: *Cur me mordes?* Imperavit Sigismu...
annos 27. ad annum Chriſti 1437.

## 115. Albertus II. Auſtriacus.

*1. Qua ſtirpe & proſapiâ reliqui deincep...
peratores ſunt orti?*

Omnes dedit inclyta Domus Auſtriaca, ...
qua ab annis jam ducentis nonaginta ſerie ...

ninterrupta Imperii ſolium tenent Archidu-
Auſtriaci.

2. *Quæ Regna Alberto obvenêre?*

d ſumma quæque formata fuit ætas Alberti
ior, & ſcientiarum præſidiis apprimè inſtru-
Unde à parentis obitu Auſtriam, & Provin-
hæreditarias, ætate licèt juvenis, ſenili pru-
tia gubernavit; quam admiratus Sigiſmundus
r, non alium cenſebet digniorem, cui filiam
unicam, Regni Hungarici & Bohemici hæ-
ta deſponderet, ſæpe dicere ſolitus, *beata fo-
oia, quibus talis Princeps imperaret.*

Cur *delatum ſibi Imperium detrectabat?*

e tot regnis, provinciiſque adminiſtrandis
, nimio ſub onere fatiſceret. Addunt a-
lbertum, ùt erat Princeps religioſiſſimus, ce-
illo Chriſti oraculo: *Quid prodeſt homini, ſi
um univerſum lucretur, animæ verò ſuæ detri-
um patiatur?* fuiſſe deterritum. Ad extre-
n tamen tum Pontificis & Concilii Baſileen-
rratu, tum rogatu Electorum & Hungariæ
rum, tum importuna ſuorum interpella-
permotus Imperii gubernacula ſuſcepit.

*Quem vitæ exitum ſortitus eſt Imperator
hic, immortali memoria digniſſimus?*

Rebus maximis perbrevi tempore confectis,
que Huſſitarum præcipuè aſſeclis, & fautoribus

 bellô

bellô domitis, dum ex Hungaria, pulſo inde Tu[illegible]m eſ
carum tyranno, redit in Auſtriam. corripitur [illegible]
ſenteriæ morbô, qui & nimiô ſolis æſtu. & pe[illegible]
num eſu auctus, annô Imperii alteró, Chr. 14[illegible]
incredibili bonorum omnium luctu è vivis [illegible]
puit Imperatorem optimū ac pientiſſimum, [illegible]
dignus non erat mundus, relicta prole poſth[illegible]
Ladislao, Hungariæ & Boëmiæ hærede.

## 116. Fridericus IV.

### *1. Quis Alberto succeſſit?*

Fridericus IV. Alberti conſanguineus, ex [illegible]
roſolymitana peregrinatione redux, con[illegible]
Septemvirorum ſuffragio Imperator electus [illegible]
Ladislaum Regni Hungarici & Bohemici h[illegible]
dem, in tutelam ſibi traditum, ſolicitè educa[illegible]
curavit Quod cùm ægrè tuliſſent Proc[illegible]
quidam Ladislai adoleſcentiâ in rem ſuam [illegible]
ri, Fridericum Neoſtadienſi in oppido tam [illegible]
obſedêre, quoad is reddito cliente, tutelâ ſe [illegible]
cavit. Quin & in ipſa adeò arce Viennenſi [illegible]
ſeditioſi Imperatorē hunc duobus ferè m[illegible]
obſidere ſunt auſi, ubi cùm Maximilianus p[illegible]
lus hordei locò lautius obſonium à matre Im[illegible]
trice peteret, hæc lacrymans, *utinam*, inqu[illegible]
*mi, panis nos non deficiat.*

### *2. Quis Friderico imperante rerum ſta[illegible] in Oriente?*

Capta à Mahomete II, Conſtantinopoli, [illegible]

eſt funditus Græcorum in Oriente Imperiũ, Turcas translatum annô 1453. Hoc nempe licitum Græci graviſſimis ſuis ſceleribus, & ioſo ab Eccleſia Romana divortio dudum accerſiverunt. Fridericus comitiis Ratisbo- primùm, dein Francofurti inductis, bellum s parabat inferre; at Chriſtiani Principes is decertare odiis, & rebus quisque privatis lere maluerunt, quàm Chriſti cauſam tueri.

*ur Fridericum Fabio Cunctatori comparant Scriptores?*

ia cunctando, belláque declinando pacem io reddidit, Europâ reliquâ civilibus & ex- is undique bellis perſtrepente; unde & no- Pacifici obtinuit.

*Quæ alia memoratu digna id temporis acciderunt?*

1. Inventa & exculta ingenti literarum bono pographia à Joanne Guttenbergio Germano annum 1440. 2. Inſulæ Americanæ à Chri- horo Columbo Genuenſi primùm detectæ 2, ipsáque paulò poſt America ab Americo atio Florentino. 3. Abrogatæ ludicræ ha- velitantiũ pugnæ cùm ob crebras cædes, tum mutatam bellandi methodum, poſteaquàm is pyrius & bombardæ ſub annum 1380. iti- à Germano quodam inventæ fuerunt. 4.

Lutheri ortus Germaniæ, totíque Eccleſiæ ac-
bus, & luctuoſus, Friderici tempora funeſ-
1483. Obiit hic annô Imperii 53. Chriſti 14
Maximiliano filio annum abhinc octavum R-
manorum Rege creato.

## 117. Maximilianus I.

*1. Quô erga literas ac literatos ſtudiô ferebat-*

Cùm impeditioris primùm linguæ eſſet,
deîn vitium arte & induſtriâ ità emendavit,
ſeptem omnino linguas non modò calleret
bene, ſed expeditè quoque pronuntiare n-
Ut taceam reliquas ſcientias, quibus apprim-
rat inſtructus. Unde & literatos impensè
largéque remuneratus eſt.

*2. Quodnam periculum in Alpibus Tyrolenſ-*
*adiit Maximilianus Juvenis?*

Damarum venationi intentus, in arduæ
jugum evaſerat, unde nulla patebat redeundi
Tertium jam diem ſinè cibo potúque inter p-
cipitia moratus, mortem certam opperieba-
cùm tandem allatô, prout petierat, Deô Euch-
ſticô, atque eminùs adoratô, repentè ho-
conſpicit, qui manu prehenſum per vias ig-
ad ſuos reduxit. Cúmque hic nuſpiam ev-
comparuiſſet, non ex vano creditum eſt, An-
lum fuiſſe è cœlo miſſum.

3.

3. *Qua laude Imperium adminiſtravit?*

